

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilii Maronis Bvcolica,
Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur,
comparantur, illustrantur**

Vergilius Maro, Publius

Augustae Vindelicorum, MDIC

Liber XIV. Ad nonum Aeneidos

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)

PONTEM INDIGNATVS AR'AXES.) Non abs re dictum est à Marone. Nam vt refert Isidorus lib. 13. cap. 21. cum Alexander eum transgredi velleret, ponte fabricato, tanta vi inundauit, vt pontem dirueret. Seruius notat id Xerxem conatum fuisse facere. Turneb. lib. 19. cap. 20. Hunc fluum Eustathius vult nomen sortitum
ἐν τῷ ἀγροῦ τῇ ὁζέτῃ τῷ πεύκῳ. Sed tamen pontem Augustus imposuit, Vnde, indignatus pontē. Magnus scriptor Plutarchus, ipse quoque suo verbo quod huic Latino responderet, vsus est, de nouo vino, oleoqué loquens: dixit enim ipsa indignari, cum feruet scilicet vim, & quasi pati non potest, se claudi, & vase aliquo contineri: eodemq; pacto recens oleum non ita quie-

Atum, sedatumq; est ardens in lucernis, vt postea, cum tanquam maturitatem sensit: quo tempore non scintillat, atque vt Virgiliano verbo vtar, indignatur. Verba Plutarchi in Sympos. quæst. sunt hæc. *Ἐ πότερον εἰσὶ οἱ μένοι ζῶν, καὶ ἀγαπάσθεντες. οὐδὲ τέλαιοι, ἀνὴρ τεργεῖται εἰς τοὺς λύχνους.* Victor. lib. 36. cap. 10.

R E R V M Q V E I G N A R V S I M A G I N E G A V D.) Non dum rem ipsam gestam cognoverat, immo nec cognitus erat: veruntamen illis futurorum imaginibus, & præuijs significationibus admodum recreabatur. Ita puto intelligendum, quod ait Seruius, ignarus erat veritatis. *



SYMBOLARVM IN P. VIRGILIVM MA- RONEM LIBER XIV.

Ad nonum Aeneidos.

SYNOPSIS.



Pud Euandrum gerebantur, quæ libro precedente commemorata sunt, veneratq; eius suæ in Tusciā Æneas, auxilia quæsturus. Non se deserit Juno interea, Irim ad Turnum, in luco forte auum Pilumnum quibusdam cérémonijs colentem, eiq; feriantem amandat, ad Trojanorum castra, summi ducis præsentia destituta fideriter inuadenda cohortatur. Occasione ista optari meliorem nullam posse. Exhibilatus eo viso Turnus, sustollit in cælum manus venerabundus, ibiq; signa fausta conspiciens, ingentes concipit animos, hausta aqua de flumine lustratur, deos orat, vt cogitata procedant feliciter. Confusa hactenus copia ordinatim disponuntur: ita quadrato, perpetuoq; agmine, Turno in medio supra omnes eminente atq; conspicuoq; per patentem campum ad obsidenda Trojanorum castra Rutuli gradiuntur. Illi è sublati longè lateq; puluerum nubibus, hostis aduentum præcipiunt: Caicus primus reliquos commilitones ad arma corripienda, parandamq; propugnationem impellit. Minime cunctandum rati Troiani, ad portas custodes constituant, muros defensoribus complent. Cupiebant illi quidem vehementer exire, & a quo campo cum hoste configere, ne eos Æneae interdictum continuisset. Nam is ad Euandrum abiens, vt rerum militarium scientissimus, serio iusserset, si ab hostibus peterentur, quoniam exiguo essent numero, ne foras se darent: sed oppugnationem exciperent, ac bellum mænibus propulsaret. Turno mora nimis longa, & incessus copiarum suarū videri lentior. Quare cū aliquot selectis equitibus antecedit, equo Thracio insidens, Latinos ad urbem adoriendam incendit: contortoq; iaculo eius rei initium ipse facit. Sequitur alacriter, & acclamat imperatori suo exercitus. Trojanos pro effeminatis, & ignavis habent, qui prodire, & se in campum dare non audeant.

Verum

Verum quide eos intus teneret, iam diximus: animos quidem non minus quam illi Martios, conminusq; congregandi, ut vir virum, pes pedem premeret, cupidissimos gerebant. Turnus instar lupi famelici, ouile circumventis, & vestigantis lanienæ suæ aditum, castra circumibat, lustrabatq; diligenter, nuncubi posset irrumpere, & obsessos elicere mirificè auebat: quibus, multitudine suorum confusus, facile superiorem se futurum in spe summa habebat. Naves videt, quibus in Latium appulsi Troiani fuerat. His, quo fugere mari amplius non possent, & in terra pauci plurimi resistendo breui consumerentur, incendium primus infert. Sed diuinitus ab exustione seruatæ sunt. Quo autem istuc modo, antequam narret, Musarum opem, ut in re veteri, & obscura inuocat. Fuerunt illæ ædificatae, cæsa in Ida monte materia. Qui mons cum sit in tutela Berecynthiaæ deum matris, rogavit illa Jouem filium, hoc sibi daret, hasce naues omnis periculi expertes, actutas esse concederet. Visa est petere nimium, & plus quam honestè vel à deo tribui posset. Nauigatione finita, in deas marinas conuersum iri permittit Jupiter, iure iurando sancit pmissa. Ponitur oratio Berecynthiaæ, Troianos vetantis flammæ restinguere (quia exuri nequeant) & naues iubentis deas fieri: metamorphosis continuò sequitur. Rutulis portento stupefactis, Turnus id Troianis malo fore auguratur, quibus auxilium fugæ, perditis nauibus, ereptum sit: & cum pauci numero sint, tot gentibus terra obiecti, ad unum omnes perituri videantur. Oracula deorum in Italianam aduentu, & sede contemnit: sibi contra in fatis esse, eos delere: Menelaum imitaturum, qui pro raptæ coniuge bellum gesserit, urbemq; Ilium exsciderit. Cætera eiusdem oratio plena est fastus, plena despicientiae Trojanorum: immò & Græcorum, quos, ut imbellies, carpit, qui tam diu oblationem duxerint. Tandem corpora vti current, & ad pugnam se comparent, edicit. Ad portas castrorum Messapus iussu Turni excubias disponit, delectis quatuordecim centurionibus, & unicuiq; centum adiunctis militibus, qui vices variant, colludunt, & noctem poculis siccandis agunt. Troiani vigiliis seruandis, periculoq; prouidendo, & tenendis stationibus officij sui munus praestabant. Portam vnam custodiendam Nîsus, & Euryalus, duo amici memorabiles acceperant. Nîsus senior cum Euryalo iuniori consilium suum de nuntio Æneæ in Tusciā perferendo, eoque fortunis iam propemodum in extremo sitis accersendo, idq; per media statua hostium, somno ac vino grauatorum aperuisset, ille in omnia pericula socium se individuum, quamvis inuito, & obniente Nîso, obtulit, & adiunxit. Excubitores expergefacit, qui sibi in statione succedant: ambo ad Ascanium, consiliū à se captū proposituri concedunt. Noctis multū præterierat, & Ascanius cū proceribus deliberationem habebat, deq; salute communi consultans, quemnam ad patrē posset expedire nuntiū, sententias rogitabat. Improuisi adsunt, quos dixi, iubenteq; Ascanio, Nîsus quid veniant editat, rei perfici vnde occasionem ostendit, glorijs redditus spem bonam dat. Aethes senex vtriusq; spiritum admiratus, eos complectitur, à deo in primis, tum etiam ab ipso Ænea, eiusq; filio mercedem tantæ virtuti pollicetur: quam se venerari, & exosculari ipse etiam Ascanius significat, grandia & varia persoluturum se præmia spondens, præsentim si Italianam obtainere contingat. In Euryalum verò tanquam coæcum, non vulgarem amantis affectum exhibet: cuius matrem commendante eam sibi adolescentे, Troianisq; collacrymantibus in fidem suam recipit, & quidquid filio debeat, hoc se matri redditurum (subintellige, si quid secus Euryalo acciderit) iuratus promittit. Mox suo illum gladio donat. A Mnestheo Nîsus pellem leoninam fert, cum eodem galeam Aethes permutat. Quid amplius? cum bonis omnibus, & votis ad portas à concilio deducuntur. Ascanius multa patri perferenda mandat: sed dijs aliter visum: viui enim ad Æneam non peruererunt. Suis egressi, Rutulorum castra ineunt: sopore victos, & inermes passim per herbam iacere conspiciunt. Nîsus Euryalum stare velut in excubijs iubet, ipse ferro trucidatis corporibus, viam aperire insit. Strages edita describitur. Postea Euryali facinora sequuntur, quem incautius pergentem reuocat Nîsus. Aliquid spoliorum secum portantes egrediuntur, in equitum turmas incident, qui Laurento ad Turnum, Volscente magistro mittebantur. Euadente Nîso, hæsit in eorum manibus Euryalus, & frustra deprecante socio, confosus occu-

sus occubuit. Quem tamen vindicans Nisus, ipsum Volscensem interfecit: atque ita demum vulneribus ipse quoque confectus, supra amici corpus se proiiciens, animam exspiravit. Equites in castris luctum, propter tot à duobus illis Troianis trucidatos offendunt. Diluculo, hortante Turno, Rutuli muros inuadere constituunt, capita Nisi, & Euryali præfixa contis ad terrorem Troianis incutiendum ostentant. Spectaculum mæstum cum omnibus, tum præcipue parenti Euryali infelicissimæ, quæ omnia eiulatu, & lamentis complere. Oppugnatio castris admouetur acerrima, eademq; ad vnguem declaratur, rursumque Musæ inuocantur. Turrim ligneam, unde se cuneus Troianorum tuebatur, Turnus coniectis facibus inflamat. Cedunt, qui erant intus, flammæ: & dum unum in locum densantur, cadens versus hostem turris eos, telis suis, fractarumque tabularum cuspidibus induitos, & transfixos, ac morientes effundit: res spectatu misera videlicet. Helenor, & Lycus tantum salui euadent: quorum prior cùm se in mediis hostibus constitutum cerneret, non secus quam aper truculentus in medio venatorum contra venabula nisus oppetiit. Posterior, dum in muro hæret adhuc, porrectisque sociorum dexteris attrahitur, à Turno reuellitur, & interficitur. Enumerantur vtrinque occisi. Ascanius tum primum sagittis in hostem vti cœpit, primumque Numanum Turni affinem, hominem ventosissimum, suos immodicè prædicantem, ac Troianos indignissimè lacerantem sternit, suis gratulantibus. Laudat iuuenem è nobibus Apollo, deq; eius posteritate ominatur optimè. Formam deinde cuiusdam Butæ hominis longæ capessens, suadet, ne quid ultra: satis modò magnum suæ virtutis documētum dedisse, periculum vitet. Id ipsum ei, auctoritate freti Apollinis (quem illius vetuli formam, & habitum simulasse nō erant neci) Troiani inculcant. Ad pugnam animos redeunt, hostes constanter, ac fortiter repellunt. Pandarus, & Bitias fratres procerissimis prædicti corporibus, maximisque viribus, creditam suæ fidei portam reserant, hostem prouocant. Rutuli irrumpentes sœua cum strage reprimuntur. Confertim eo prouolant Troiani, & audent etiam extra portam proferre pedem, dum hostem exiungunt. Præter alios Turnus re intellecta confestim accurrit, & Bitiam obtruncat. Fugiunt Troiani, Latinis instantibus. Pandarus magna vi portam occludit, atque ita nonnullos de suis excludit, & hostes aliquot, in iisque ipsum Turnum includit: cuius aspectu, & armis perturbationem Troiani in se concipiunt. Cum ei Pandarus, vt capto insultaret, telumque frustra coniiceret, est ab eo misere dissec̄to per medium capite neci datus. Latebras querunt obſeffi. Et potuisse tum Turnus portis patefactis accipere suos, belloq; finem imponere, nisi ei cædis cupido nimia mentem abstulisset. Quo scilicet, & occidete quamplurimos, coeunt in consilium Troiani. Mnesthei obiurgatione instaurant animos, factoq; globo Turnū vehementissimè premunt: qui tamen semel, & iterum in eos dat impetu audacissimè. Verū vbi crescentem semper inuidentium copiam diutius sustinere se posse desperauit, sudans, fessus, & anhelus cum cedendo ad portam venisset, quā Tiberis præterlabeatur, armatus insiluit, & ad suos exspectatissimus tranauit.

In hoc libro mutatio est rerum omnium. nam & personæ, & loca alia sunt, & aliud negotium incipit. Ab Æneo enim transit ad Turnum, à Tuscia ad Ardeam, à petitione auxiliorum, ad bellum. Quem transitum ad Turnum quidam culpant, necientes Virgilium prudenter iuxisse superioribus negotiis sequentia, per illam particulam. Atque ea dinc superitus dum parte geruntur, scilicet dum offeruntur arma, dum dantur auxilia. Sane formatus est iste liber ad illud Homer, vbi dicit, per noctem egressos esse Diomedem, & Vlyssem, cùm capto Dolone castra penetrarunt: nam partem maximam, & oeconomia negotium inde habet. Seruus.

EXPLANATIONES.



T Q V E ēa diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de cælo misit Saturnia Iuno

Audacem ad Turnum. luco tum fortè parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.

Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.
Turne, quod optanti diuū promittere nemo

Audieret, voluenda dies en attulit vltro.
 Æneas vrbe, & sociis, & classe relicta,
 Sceptra Palatini, sedemq; petit Euandri:
 Nec satis: extremas Coriti penetrauit ad vrbes:
 Lydorumq; manum, collectos armat agrestes.
 Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus:
 RVMPE MORAS OMNES, & turbata arripe castra.
 Dixit, & in cælum paribus se sustulit alis,
 Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
 Agnouit iuuenis, duplicesq; ad sidera palmas
 Sustulit: ac tali fugientem est voce secutus.
 Iri, decus cæli, quis te mihi nubibus actam
 Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente
 Tempestas? video medium discedere cælum,
 Palantesq; polo stellas. sequar omnia tanta,
 Quisquis in arma vocas. & sic effatus, ad vndam
 Processit, summoq; hausit de gurgite lymphas,
 Multa deos orans: ONERAVITQVE AETHERA VOTIS.

DIVERSA PENITVS PARTE) Admodum remotè ab eo loco in quo Turnus. Infrā mox

Æneas vrbe, & sociis, & classe relicta,
 Sceptra Palatini, sedemq; petit Euandri:
 Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes.

IRIM DE CÆLO MISIT) Iris quasi eis dicta est, numquam enim ad conciliationem mittitur, sicut Mercurius, qui ob id eignoratios, & pacificator dictus: sed ad disturbancem, lites, dissensiones, et si non semper: & est ministra non tantum dearum, sed & deorum. Et Virgilii hoc probat dicens, *Aéream cælo nam Iupiter Irim Demisit, germana haud mollia iussa ferente.* Plato in Cratilo dictam vult à verbo ἐρεῖν, quod loqui significat, quia ipsa sit etiam ἀγγελος, sed est nuntia, vt Mercurius, & quia soleamus in primis sermone nuntiare. De ea Gyrald. Syntag. 9. Natal. lib. 8. cap. 20.

LVC PILVMNI PARENTIS SEDEB.) Hic sedebat accipiendo reor de eo, qui mortuis feriatur. Nam tametsi ritu Romano deus postea est habitus Pilumnus, tamen à Turno, pro mortuo colitur. Sic denicalibus feriis resideri mortuos scripsit Tullius lib. 2. de leg. & Hesychius γέδεσπαι, inquit, πέντε νύκτας επὶ τετελευτήσι. Turneb. lib. 23. cap. 3. Abusuè autem dixit, parētis, pro auo. Nam pater Turni Daunus fuit.

Verbum sedere etiam in luctu visitatum, de iis, qui feriabantur. Tibull. lib. 1. eleg. 6. *Illius ad tumulum fugiam supplexq; sedebo.* Propert. lib. 3. eleg. 14.

Afferet huc unguenta mihi, sertisq; sepulcrum
 Ornabit, custos ad mea busta sedens.

Neque aliter intelligendum illud è libr. 6. sedet, æternumq; sedebit Infelix Theseus. Plin. lib. 14. cap. 14. Aristonidas artifex, cum exprimere veller Athamantis furem, Learchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo residentis pœnitentiam, &c. Residere pœnitentiam dixit, vt Plaut. Capt. *Venter gutturq; resident es furiatis ferias,* pro, sedendo agunt. Cic. quoq; 2. de Leg. denicales ferias appellat, quib. residentur mortui, quod sedendo scilicet mortuis feriarentur. Torrent. in Iulium Suetonij, cap. 4. Turneb. in 2. de leg.

Germanus ad Pilumni ἀποδίωσιν potius respexit se putat: Cūm enim diis ex hominibus factis heroibus Iucum sacrare antiquitati sollempne esset, vt lib. 8. innuit Virgil illis versibus,

*Syluanum fama est veteres sacrasse Pelagos
 Agrorum, pecorisq; deo lucumq; diemq;*

verisimile est Turnum, tum in valle Pilumno sacra, tanquam in sacro, & religioso loco consedisse, solitum quotannis ei diuinos honores instituere. Parentis, abusuè, vt suprà dictum.

SACRA VALLE) Ideo sacrata, quia nunquam est locus sine religione.

THAMANTIAS) Thaumantis filia dicitur idcirco Iris, quod admirationem eius aspectus facit hominib. Savuāw enim est admiror. Et quemadmodum apud Homerum Iris ad Agamemnonem, ita hīc ad Turnum, ad miscenda omnia, mittitur: si à Ioue, hīc à Iuno.

QVOD OPTANTI DIVVM PROMITT. NEMO AVD.) Tale quid apud Comicum in Phorm.

— Dij vostram fidem,
 Quam sepe temere creniant, quanon andens
 Optare?

Huc trahendum quoque Ciceronis de Pompeio dictum, orat, pro lege Manilia. Hoc breuissime dicam, neminem vñquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot, & tantas res, tacitus auderet optare, quot, & quantas dij immortales ad Cn. Pompeium detulerunt.

VOLVENDA DIES) Voluendus, quod futuri videatur temporis, si Grammaticis credimus, tamen in præterito usurpatum reperimus, pro, volutus, vt hīc, & Æneid. 1. *Triginta magnos voluendis mensibus orbes.* Et apud Lucret. lib. 5. *Sic voluenda etas commutat tempora rerum.* Et rursus lib. 6. *Glans etiam longo cursu voluenda liquecit.* Et iterum. *Quia voluenda micant eternis sidera mundi.* Sed & voluens perpetuationis significatio ne positum, non ineleganter apud illos duos poetas perpolitos animaduertimus. Æneid. 1. olim voluentibus annis,

annis, quod græcè est περιποντικήν. Lucret. li. 5. A tunc illum. Multa de eo Pererius Comment. tom. i. in Genesin. 5.
 Multaq; per cælum solis voluenta lustra. Rursus apud Maronem i. Georg. Tardaq; Eleusina matris voluenta plaustra. Valet enim, quæ voluuntur, vel quæ voluunt se. Turneb. lib. 30. cap. 19.

S E D E M Q V E P E T I T E V A N D R I) In Vaticano quodam volumine, pro petiuit, legi petit, disyllabum, docet Politian. cap. 71. quod & metri ius cogit: alioqui prima syllaba vocis Euandri contra omnem rationem, vel cōfuetudinem breuis fieret. Est autem spondeus quinta sede, & syllaba posterior in verbo, petit, vel quia sit infine, vel quia coaluerit vna ex duabus, iure producta est. Martianus Capella syllabam docet ubiq; esse communem, quæ definit in, t, litteram, sicut in illo cernimus B Virgilij, Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis. Petit, pro petiuit, syncopa est. Quales illæ apud Lucret. lib. 1. & 6. in verbis irritat, & disturbant. sed eō magis acrem Virtutem irritat animi. Quo sexitus hic animi Disturbat urbes. Notat Priscianus, fumat, capit, audit, & similia habere ultimam syllabam circumflexam, si patiantur Syncopen. Ex Lamb. in Lucret.

E X T R E M A S C O R I T I P E N E T. A D V R B E S) Quia occurrebat, ab Euandro eum facile posse reuerti. Coritus est mons Tusciae, dictus à Corito rege, ex cuius vxore Iupiter Dardanum genuit. Seruius

C O L L E C T O S A G R E S T E S) quò minus timendi, tanquam militiæ imperiti.

R U M P E M O R A S O M N E S) Ouid. Rumpe moram, semper nocuit differre paratis. Virgil. alibi. Eia agerumpe moras.

T V R B A T A A R R I P E C A S T R A) Aut arripe, & turba, aut turbata inuade propter absentiam Aeneæ.

P A R I B V S A L I S) Bene addidit, paribus aliis: nisi enim pari nixu præstare volatum non possunt: nam si vna est debilis, incolumis verò altera, perinde sunt, ac si ambae vexatae sint. Donatus.

I N G E N T E M A R C U M) Cur iris, cum imago sit solis, longè ipso sole maior appareat, expedit rationem Senecca Natural. lib. i. ca. 6. Etiam Georg. i. nominatur ingens arcus, & bilit ingens arcus. Vide ibidem Symbolam. Vbi D notandum, quod habet Nonius. Arcus omnis suspensus fornix appellatur: arquus non nisi qui in cælo apparet, quem Irim poetæ dixerunt. Vnde & arquati dicuntur, quibus color, & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Lucret. lib. 6. Tum color in nigris existit nubibus arqui. Priscian lib. 6. ex 3. Cic. de nat. deor. probat arcum arcii, in secunda quoque declinatione dici, pro arcu cælesti. Sic verò Cicero. Cur autē arcii species non in numero deorum reponatur? Propert. cæruleum, Tibull. imbriferum arcum nominat. De eius pulchritudine sic est in Ecclesiastico. Vide arcum, & benedic qui fecit illum. Valde speciosus est in splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ sua: manus excelsi aperue-

annis, quod græcè est περιποντικήν. Lucret. li. 5. A tunc illum. Multa de eo Pererius Comment. tom. i. in Genesin. 5.
 Svb νυβιβύς) Rectè, quoniam sine nubis beneficio non videtur.

I R I D E C V S C A E L I, Q V I S T E M I H I) Homer. Iliad. 9.
 Iei θεά τις τ' ἀρ σε δεσμέψοι ἄγγελον μῆνα.

V I D E O M E D I V M D I S C E D. C A E L V M) Non hiatus modi, quod chasma dicitur, sed peruvolantes etiam fulgeratæ cælum videntur diuidere, itemque fulmina, de quibus Lucret. lib. 6. Ne trepides cali diuisi partibus amens. Et lib. 3. Diffugiant animi terrores, mania mundi Discedunt. diuiduntur & hiant, dissipantur, disparantur. Cic. de hiatu terræ. Quum terra discessisset magnis quibusdam imbris. * Quemadmodum cælum sic etiam terra dicitur discedere. Et vidisti, cum nimis irum ad aliquam altitudinem desiderat, cum terramotu, absque de causa biatum facit, & voraginem. Hoc Latini hsatum vocant, & græcè etiam chasma dicitur.

P A L A N T E S Q V E P O L O S T E L L A S) quasi vagantes, & discursantes.

S E Q V A R O M I N A T A N T A Q. I N A R M A V O C A S) sic lib. 4. Sequimur te sancte deorum Quisquis es.

H A V S I T D E G V R G I T E L Y M P H A S) Solebant Romaniante bella vota nuncupare, & in nuncupatione lustrare se aqua. Plutarch. in Mario. ἐνταῦθα νικηφόροι μετατὰς χεῖσαι, καὶ τεσσάρων ἀναστάσιον, ἐν ταῖς τοῖς θεοῖς ναταῖς εἰσαρθρίσεις. Atque inde Marius, cùm manus lauisset, in cælum eas sustulit, deosq; veneratus est. Persius sat. 2.

C H E C A N T E U T P O S C A S, T I B E R I N O I N G U R G I T E M E R G I S) Mane caput bis tergū, & noctem flumine purgas.

Turneb. lib. 25. cap. 30.

Seruius existimat ad augurum morem respexisse Virgilium, apud quos fuerat consuetudo, ut si post acceptum augurium ad aquam venissent, inclinati haurient inde manibus, & fulsis precibus vota promitterent: ut visum perseueraret augurium, quod aquæ intercessu disruptum paretur. Vnde etiam in 12. lib. visum auguriū, quod aquæ intercessu disruptum paretur, firmum est. Cygnus enim ab aquila dimissus in fluum decidit, predamq; ex ungibus ales proiecit flumio. Hinc videtur etiam Turnus minimè potuisse liberari.

O N E R A V I T Q V E A E T H E R A V O T I S) Haud dispar est hoc Tibulli li. 3. eleg. 3. Quid prodest cælum votis implese, Neera? Multa, inquit, orans, & onerauit votis. Quibus verbis poeta satis docet, institisse orare Turnum, multiplicasse, ac repetisse preces. Hic tu mihi, pie lector, Chrysostomum ausulta, Homil. 3. ad pop. Antioch. Homines, quando ipsi continuè negotium faceamus pro rebus nostris, languescunt, & tergiuersantur, & agravierunt: deus autem pro rorsus in contrarium: non quando ipsum continuè oramus pro rebus nostris, sed quando hoc non facimus, tunc maximè indignatur. Quidam exponunt, onerauit æthera votis, id est, diis diversis profusa, exercitusque sui salute diuersa vovit. Melius est referre ad conduplicatas preces. *

25 Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis,

D I V E S E Q V V M, D I V E S P I C T A I V E S T I S, E T A V R I.

Messapus primas acies, postrema coercent

Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus

Vertitur, arma tenens, et toto vertice svpra est:

30 Ceu septem surgens, sedatis amnibus altus

Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,

Cum refluit campis, & iam se condidit aluco.

Hic subitam nigro glomerari puluere nubem

Aaa* 2

Prospic.

- Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
 35 Primus ab aduersa conclamat mole Caicus,
 Quis globus o' ciues caligine voluit atra?
 Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros:
 Hostis adest: eia. ingenti clamore per omnes
 Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
 40 Namq; ita discedens præceperat optimus armis
 Æneas, si qua interea fortuna fuisset,
 Ne struere auderent acies, neu credere campo:
 Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.
 Ergo, et si conferre manum pudor, iraq; monstrat:
 45 Obiiciunt portas tamen, & præcepta facessunt:
 Armatiq; cauis exspectant turribus hostem.

(EAGON AMPA K. D.)

CAMPIS EXERCITVS IBAT APERTIS) Intelligimus hunc exercitum primum in campos cōfusè ruisse, post, digestum in ordines, ut sit sequentium fluminum congrua comparatio, quæ flumina dicit post camporum inundationem in alueos suos reuerti: nam hoc vult dicere. Ut de campis flumina in alueos redeunt: sic digesta in acies militum multitudo, quæ fuerat ante diffusa. Seruius. Exercitus, ait Veget. lib.2. cap.1. ex re ipsa, atque opere exercitij nomen accepit: vt ei nunquam licet obliuisci, quod vocabatur. Varro, exercitus, quod exercitando fit melior. lib.4. de ling. lat.

DIVES EQVM PICTAI VESTIS ET AVRI) Veteres poetæ, præfertimque Lucretius, sèpissimè solebant diphthongum hanc, ai, positam pro, æ, quod solebat antiquitas. Cognosce quæ differit Eythraeus super ea, in Indice, voce, pictai vestis. Marialis quidem hanc licetiam in poetis sæculi sui, sicut & obsoletorum verborum usum, contemnit.

Attonusq; legis terræ, frugiferai,
 Attius & quidquid, Pacuniusq; vomunt.

POSTREMA COERCENT) Coercere est ambire, continere, circumplecti. Exercitū Turni equis pulcherrimè ornatis, ipseque militibus picturatis, & auro intertextis vestibus conspicuis fuisse illustré, ac diuitem autumat: pretiū enim, & multitudo cultus, inquit Donatus, in bello auget hosti terrorē. Veruntamen sumptuosissimus cultus Daricorum militum Alexandrum, & Macedonas minimè terruit. Proximi ibant (verba Curtij refero de libro 3.) quas Persæ immortales vocant, ad decem millia: cultus opulentia barbaræ non alias magis honestabat. Illi aureos torques, illi vestem auro distinguebant, manicasque tunicas, gemmis etiam adornatas. Exiguo intervallo, quos cognatos regis appellant, decem, & quinque millia hominum. Hæc verò turba muliebriter propemodum culta, luxu magis, quam decoris armis conspicua erat. Infrā. Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas argento adornatas, spicula auro præfixa gestabant. Nunc audiamus de Macedonibus, quam illi fuerint pretiosè instruti. Contrà, ait Curtius, si quis aciem Macedonum intueretur, dispar acies erat, equis, virisque, nō auro, non discolori ueste, sed ferro, atq; ære fulgentibus, agmen, & stare paratum, & sequi: nec turba, nec sarcinis prægraua. Similiter Persico exercitu suum instruxerat Antiochus Syria rex aduersus Romanos, quibus Annibal suffectorū dixit, si vel auarissimi forent: ad luxum videbant, non ad copias respiciens, & regem interrogantem

A in ambiguo ludens. Habuit tamen militum fortissimum manum Alexander, qui ab argenteis clypeis quos gestabant, dicti sunt ἀργυρεόπιδες. De his Iustinus lib. 12. post hæc Indiam petit, vt Oceano, ultimoq; oriente finiret imperium. Cui gloriae, vt etiam exercitus ornamenta conuenient, phaleras equorum, & arma militum argento inducit, exercitumque suum ab argenteis clypeis Argyraspidas appellauit. De iisdem lib. 14. §§

Hic coercent, id est, ἀργυρεόπιδες, claudunt agmen, vt loquuntur Liuius, & alij sèpissimè. Seruius explicat cogunt, colligunt.

MEDIO DVX AGMINE TURNVS) Aquila circa medium totius legionis locabatur, eadem parte Imperator, vt exemplū hoc ostendit, & ratio postulat. Ibi enim imperator vt sit oportet, vnde prospiciat, & mandet factum in omnes partes. Is autem locus medius est, sed paulum tamen ad finem magis admotus. Nam inter Principes, & Triarios, ante aquilas, stetisse censeo Imperatorem. Argumento, quod is eius situs in castris, ante Principia dico, & aquilas. Itaque & Sallustius de Catilina, ipse cum libertis propter aquilam adstitit. Cum libertis, quos fidos habebat, & ad sui custodiam: sicut Imperator Ablectos apud se, & quosdam Euocatos. Lipsius de Milit. Rom. lib. 4. dial. 4.

VERTITVR, ARMA TENENS) Libri quidam hunc versum non habent. Sunt qui de septimo hunc translatum opinentur.

SEDATIS AMNIBVS) Horatius quietam aqua dixit.
 Non rura qua Liris quieta
 Mordet aqua tacitus amnis.

Et Tibull. de Cydno tacitis qui leniter undis Cœruleus placidis per vada serpit aquis.

ALTUS PER TACITVM GANGES) Per profundā altitudinē tacitus. Germani, Stille VVaffer sein gern tief. De Gange sic Plin. lib. 6. cap. 18. Hunc alij incertis fontibus, vt Nilum, rigantemq; vicina eodem modò, alij in Scythicis montibus nasci dixerunt. Influeret in eum 19. amnes. Ex iis nauigabiles præter iam dictos Conucham, Vamam, Erranoboam, Cosongam, Sonum, &c.

AVT PINGVI FLVMINE NILVS) Nilus arenoso, & silenti solo, & aquam inducit, & terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in siccis, atque humidis locis faciem relinquit: & quidquid pingue secum tulit, arenibus locis allinit, iuvatque agros duabus ex causis, & quod inundat, & quod oblitat. Ita quidquid non adit, sterile, ac squalidum iacet. Si crevit super debitum, nō cavit. Mira æquè natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras, & cuiuscumque, Nilus tanto cæteris

teris maior, adeo nihil exedit, nec abradit, ut contraria ad-
ijciat vires, minimumque in eo sit, quod solum tempe-
ret. Illato enim limo, arenas saturat, ac vngit. Debetq; illi Ægyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ip-
fas. Seneca Natural. lib. 4. cap. 4. Huc etiam conferas
quæ ex eodem philosopho protulimus Georg. 4. ibi
scilicet, *effuso stagnante flumine Nilum*. Item, *Et vi-
ridem Ægyptum nigrafæcundat arena*.

Cognitu digna, quæ de eodem nobilissimo flu-
vio prodidit Strabo lib. 1. τὸν καὶ ἀγνόον τὸ γνωμά-
τον, καὶ προδόξατον, καὶ μάλισταν ποντίους εἶτον,
καὶ ισοεις ὡς τὸν αὐλαῖον αὐλαῖον, καὶ τὰ
σηματα. Omnium quæ in Ægypto sunt rerum celebre-
rima, maximeque admiratione, & memoratu digna est,
ac historia fluuius ille, eiusq; exundatio, & ostia. Infra
rursum, Οἱ περιστόλεις τῆς τὸν αὐγνόν, ὁδὲν πείστε ν
ισθέοις πει τῆς χώρας, ἢ τὸν τὸν νεῖαν ποτίον, οἵτινα τὸν δη-
κτιονούσι τοι τὸν λέγονταν τοῦς ἀρδεγοὺς ζένες,
μήτ' ὅπαντες πει τὸν ποτίον. Qui ad Ægyptum
appellunt, nihil prius in ea regione considerant, quam
Nili naturam, quod Ægypti neque quidquam magis
inauditum peregrinis, neque illustrius suarum aliquid
rerum habeant, quod narrent aduenis.

HIC SVBITAM NIGRO GLOM. P. NVB.) Ibat qui-
dem tacitus gressibus exercitus Turni: sed nihil procu-
ratum silentium profuit: prodidit quippe quamuis ta-
tos puluis, & Troianis semper ablente rege diligenti
cura sollicitis, quasi quidam nuntius aduentum insidi-
osi hostis indicauit. Donatus.

QVIS GLOBVS CALIG. VOLVITVR ATRA?)
Furius Antias. Omnia noctescunt tenebris caliginis atra.
Quis, admirantis est, hoc est, quantus globus, non in-
terrogantis. Mutum, & cōmune signum ait esse Vege-
tius lib. 3. cap. 5. hostis aduentantis, quoties profiscēte
turba exercitus, puluis ad similitudinem nubis surgit,
hostiumque prodit aduentum. Et Liuius lib. 10. cum ex
transuerso puluis velut ingentis agminis incessu motus
apparuit. Paulo post, post altior, densiorque puluis e-
quitum speciem, cogentium agmen dabat., Libr. 30.
Densior deinde incessu tot hominum, equorumque o-
riens puluis signum propinquantium hostium fuit.
Cæsar de bello Gall. lib. 4. Ii qui pro portis castrorum
in statione erat, Cæsari rem renuntiant, puluerem ma-
iorē, quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam
in partem legio iter fecisset, &c.

FERTE CITI FER. DATE TEL. SCAND. MVR.) Fa-
tendum est, aliiquid contra numerorum legem hunc
poetam non raro sibi permisisse, non temere, sed vbi

A præsertim duriore aliqua licentia, & minus visitata uten-
dum erat, ut in hoc versu, in quo videmus non leui de-
caussa copulam, Et prætermittam, cum qua alioqui mē-
suræ legitimæ rationem magis habuisset. Siquidem tam
bello conuenire huic versui illa trium membrorum
dissolutio videtur, atque ita nobis velut ob oculos festi-
nantiam loquentis ponere, festinantiam inquam cum
trepidatione coniunctam (& vero saepe hec duo ijsdem
similinesse cernimus: unde etiam uno pro altero, ni-
mirum trepidare pro festinare, saepe dicitur) ut cum
maiore etiam versus incommodo (id est, etiam si nullum
ex appositione subsidium versui fuisset) particu-
lam illam omissurus videatur. Denique si ab hac
lectione discedendum esset, non scandite, sed ascen-
dite legere oportet. Hen. Steph. de delect. lect. Virg.

HOSTIS ADEST: EIA INGENT.) Distinguendum,
ut Eia militum properantium sit clamor.

MOENIA COMPLENT) Sic & Cæsar de bello Gall.
Portas claudere, murum completere coepérunt.

NAM QVE ITA DISCED. PRÆCEP. OPT. ARMIS
ÆN.) Exclusio Trojanorum, ne portas timore clausi-
se viderentur. Seruius.

Mandatum notat militibus à discedente optimo
imperatore datum, ut inferius paulò. Quos bonus Æ-
neas, si quando aduersa vocarent, Rectores inueni, &c. Imi-
tatione, credo, illius Odyss. & de Mentore, cui Troiam
proficiens Ulysses, tem Ithacensem, & domesticam
omnem commendauerat:

Kαὶ οἱ ιὰς ἐν ποσὶν ἐπέτρεψεν οἷον ἄποιλα,
Πείθεται δὲ γέροις, καὶ ἔπειδα πάντα φυλάσσεται.
Ut autem optimus armis ita Homer. Odyss. 1. καὶ ἔγχεια
εἰσαὶ δεῖς German.

SI QVA INTERFA FORT. FVISET) Si quis casus
bellicus interuenisset. Fortuna est τὸν πεσων, hic aduer-
sam denotat.

Æneas absfuturus, qui tractare nosset incetta bel-
lorum, tale suis mandatum dederat, ut si aliqua emer-
sisset certandi necessitas, nō auderent struere aciem, nō
auderent se campo committere: sed solum aggerem,
& castra tuerentur, quæ securitatem illis plenam præ-
stare potuissent, magnam interea existimans esse victori-
am, si suos remanens incolumes inueniret. Donatus.

PUDOR, IRAQVE MONSTRAT) Et pudor, & ira
hortabantur, ac sollicitabant ad egressum, & eruptio-
nem: sed reuerentia ducis intus retinebat.

PRÆCEPTA FACESSVNT) Lib. 4. Imperio latipar-
ent, ac iussa facessunt. Ennius. 1. Annali, latrones dicto
facessunt. Afranius, Multa, atq; molesta es, potin', ut dicto
facess?

Turnus, ut antevolans tardum præcesserat agmen,
Vigintilectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adevit: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum, οἰiuenes, qui primus in hostem?
En ait, & iaculum intorquens emitit in auras
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.
Clamorem excipiunt socij, fremituq; sequuntur
Horrisono: Teucrūm mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus, atq; huc
Lustrat equo muros, aditumq; per auia querit.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
60 Cūm fremit ad caulas, ventos percessus, & imbræ

Nocte super media: tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus ira

Sævit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:

65 Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
IGNESCUNT IRÆ, ET DVRIS DOLOR OSSIBVS ARDET:

Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atq; effundat in æquor.

TARDVM AGMEN) peditum, qui sunt equitibus A emitteret, eo modo bellum indictum, & armis utile re arbitrati. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 3.

VRBI) Troiæ, quam fecerat Æneas castrorum in CLAMORE EXCIP. SOCII) Hastæ iactum clamore, & vociferatione comitantur. Lætis clâmoribus suû erga ducem studium, & spem in eo repositam declarant.

VIGINTI LECTIS EQVITVM COMITATVS) Seu pace, seu bello, semper stipatum, & comitatum decet INERTIA CORDA) Non reuera inertia, sed sicut esse Principem: & quidem leâtissimis comitibus, ac stipatoribus, qui & corporum habitu ornamento eidem, & virtute animi præsidio sint, si res postulauerit.

MACVLIS ALBIS EQVS THRACIVS) Magni facit equos Thracios Maro, & albo sparsos. Talem dedit etiam puero Priamo, Politæ filio, Priami regis nepoti, lib. 5.

quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis: vestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.

CRISTA QVE TEG. GAL. AVREA RVBRA) Ex armorum elegantia, & splendore nescitur dux in exercitu. Lib. 12. Et rubra cornua crista: vbi eundem Turnum fese armantem inducit. De cristis alibi ex Lipsio scriptum à nobis.

IACVLVM INTORQ. PRINCIPIVM P V G.) Ficialis vbi bellum verbis conceptis indixisset, hastam in fines hostium emittebat, vt traditum etiam à Liuio lib. 1. in Anco Martio. Ad quem morem probabile est respexisse Virgilium: id quod etiam Seruius putat: neque apud Græcos aliter positum in more fuisse memini me unquam legere, nisi quod pro hasta, faciem igniferâ iacabantur. Vnde Euripid. in Phœnissis.

Eπει δ' ἀφείθη τερπός, σῆμα φονίας.
Μάχης.
Pugna cruenta symbolum postquam fuit
Emissa fax.
Titius lib. 4. cap. 13.

Romani quum vellent bellum indicere, Pater-patratus, id est, princeps Ficialiū proficisci ebatur ad hostium fines, & præfatus quædam sollemnia verba, clara voce dicebat, se bellum indicere, propter certas causas, aut quia socios lazerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc clarigatio di-cebatur, à claritate vocis: postquam clarigationem hasta in eorum fines missa, indicabatur iam pugnae principium. Seruius.

Refert Diodor. Siculus, & post eum Iustinus lib. II. Alexand. Mag. cùm in Asiam traiiceret, primum Macedonicam è naui hastam iaculatum, littori Asiae eam infixisse, ac statim exiluisse de naui, visum quodammodo ope deorum captiuam terram occupare. Græcis vero in vñ fuit, vt Ficialis post res repetitas, si ad constitutum diem non darentur, arietem in hostium agros

A emittebat, eo modo bellum indictum, & armis utile re arbitrati. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 3.

CLAMORE EXCIP. SOCII) Hastæ iactum clamore, & vociferatione comitantur. Lætis clâmoribus suû erga ducem studium, & spem in eo repositam declarant.

INERTIA CORDA) Non reuera inertia, sed sicut ipsi videbatur.

NON AEVO DARE SE CAMPO) sequentibus explicatur: non facere eos potestatem sui, campo aperto: sed vt mulieres latitare intra septa.

ADITVM PER AVIA QVÆRIT) etiam per auia. Sanè exprimitur Turni violentia, nam viam per auia nullus requirit. Haec tenus Seruius.

AC VELVTI PLENO LVP. INSIDIAT. OVILI) Comparatio insignis, & plena enargiæ, ad declarandâ Turni impotentiam. Est autem natura lupi his versibus depicta scitissimè.

FREMIT AD CAULAS) Caulæ à cauo dictæ sunt, inquit Festus. Antiquitus enim ante usum techorum oues in antris cladebantur. Lucret. lib. 2. quod & ante monui per caulus corporis, significat partes cauas, & inanes corporis vulgo meatus, seu poros. Dispergunt animas per caulus corporis omnes.

NOCTE SUPER MEDIA) ultra medium noctem.
SÆVIT IN ABSENTES) Sumptum ex Vario de canc.

Si veteris potuit cernæ comprehendere lustra,
Sævit in absentem, & circum vestigia lustrans
Æthera per nitidum tennes se futur odores.

COLLECTA EX LONGO EDEN. RABIES) Longa cibi abstinentia, creat edendi rabiem, id est, rabiosam quandam cibi appetentiam. Pro maxima fame dixit eleganter edendi rabies: de hominibus alibi, edendi amor. Lib. 2. de lupis esurientibus quos improba ventris Exegit cacos rabiet.

SICCÆ SANG. FAUCES) Superiore lib. de Caco. Elifos oculos, & siccum sanguine guttur. De catulis luporum lib. 2. catulig, relikt. Fauciibus exspectant siccis

HAVD ALITER RVTVLO) A'πόδοσις. Turnus est lupus, Troiani inclusi mœnibus, sunt oues in caula.

IGNESCUNT IRÆ) ira enim quidam ignis. Vnde ardere ira, inflammari, incendi, &c. Pythagoras in Symbolis, dum vetat ignem fodri gladio, prohibet iratum lassere. Animus enim ira succensus, ac tumidus, bonis potius, ac mollibus, quam duris, & malis verbis, tractadus, & sanandus est. Mollis euim responsio, frangit iram.

EFFVNDA T IN AEQVOR) Cogat æquo campo se committere, in campum descendere.

- 70 Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat
Aggeribus septam circum, & fluuialibus vndis
Inuadit: sociosq; incendia poscit ouantes:
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum verò incumbunt: VRGET PRÆSENTIA TVRNI,
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
75 Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Tæda, & commissam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis Deus, ô Musæ, tam sœua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. PRISCA FIDES FACTO, SED FAMA PERENNIS.
80 Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Æneas classem, & pelagi petere alta parabat:
Ipsa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iouem: Dñate petenti,
Quod tua chara parens domito te poscit olymbo.
85 Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
Nigranti picea, trabibusq; obscurus acernis:
Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget.
90 Solue metus, atq; hoc precibus sine posse parentem,
Ne cursu quassatæ vlo, neu turbine venti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.

CLASSEM QVÆ LATERI) Non potuit fecisse, A
quod fuerat primum. Conuerit se ad aliud, ne in to-
tum nihil profecisse videretur. Occasionem quippe læ-
dendi, atque nocendi vtcunque nauium vicinitas fecit,
namq; adhærebant castris. Ex alia verò parte tutas red-
debat circumfusi ageres, & vnda fluuialis: sic tamen
eas aggressus est, poscens incendia, quo facilius interi-
rent. Donatus.

SOCIOSQVE INCENDIA POSCIT OVANT.) Horta-
turus ad ignes manib⁹ iniectandos, & exemplo mox
præit, vt eos audaciores reddat. Rapit igitur facem
prior, quām in naues torqueat, cùm neque muros, ne-
que aggerem labefactare possit.

VRGET PRÆSENTIA TVRNI) Nihil verius, nihil
secundum moralitatem dici expressius potuit. Hoc so- B
lum ad implendos effectus sufficit, vt præsens sit, qui
iubere potuerat: quin potius plus valet præsentia, quām
iussio. Si enim iubeas, & recedas, potest iussio negligi:
præsens verò etiam cùm nihil iubet, tacita præsentia vi-
detur virgere. Vnusquisque enim præsentia necessitate
magis, magisq; compellitur facere, quod aduerterit esse
faciendum. Donatus. * Pote& in proverbialibus numerari hoc,
Vrget præsentia Turni, cum Golemus scilicet indicare, quod alio
quodam, & noto adagione dicitur, osculum dominipinguescit equū.
Occurrit etiam memoria illud Plauti Amphit.

Nam ubi summus Imperator non adeat ad exercitum,
Citius quod non fact⁹ est vsus, fit, quām quod fact⁹ est opus

ATQVE OMNIS FACIBVS PVBES ACCING.) Ouid.
14. Metamorph. eandem tractans fabulam de seruatis,
& mutatis in nymphas Æneæ nauibus.

fert ecce anidas in pinea Turnus
Teclafaces: ignesq; timent, quibus vnda pepercit.
Namq; picem, & ceras, alimentaq; cetera flamma

Mulciber vrebatur, perq; altum ad carbasa malum
Ibat, & incurva fumabant transtra carina.
Cùm memor has pinus Idae vertice casas
Sancta deum genitrix, tinnitibus ethera pulsi
Æris, & inflati compleuit murmure buxi.
Perq; leues domitis inuecta leonibus auræ,
Irrita sacrilegia iactas incendia dextre
Turne, ait. eripiam: nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorum.
Intonuit dicente dea: tonitrumq; secuti
Cum saliente graues ceciderunt grandine nimbi.
Aëraq; & tumidum subitis concursibus aquor
Astrei turbant, & eunt in prælia fratres. &c.

QVIS DEVS, O MVSÆ) Dicite ô Musæ, quis de-
us à Teucrorum nauibus tam sœua auertit incendia?
tantos ignes quis depulit? Manifestum est, naues fuisse
arsuras, vt fugæ subsidium Troiani non haberent. Hu-
ius facti antiqua est fides, & posset vitio vetustatis inter-
cipi, nisi illud fama propter admirationem posteris tra-
didisset. Huius igitur auctorem vult poeta libris suis in-
ferere, & vt maiori fide consisteret, vult videri Musis
suggerentibus postuisse veritatem. Donatus.

Renouatur inuocatio, quod colloquia, & facta
deorum nisi Musis edicentibus, aut suggerentibus sciri
haud poterant. Ergo valer hic Horatianum illud, *Nec
deus interficit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.*

PRISCA FIDES FACTO, SED FAM. PEREN.) Hoc
factum quamvis priscum sit, tamen fama eius non est
oblitterata. Vim vocis huius, perenne, tradidit perbe-
ne Achilles Statius Comment. Catulliano in illū ver-
sum, *Plus uno maneat perenne fact⁹:* Metaphora nota,
inquit, non vt torrens aliquis, qui cum imbre creuerit,
ferrur, idem mox deficit: sed vt maiora fluminas empi-
terno

terno cursu ferantur, sic etiam hoc opus duret in omnibus aei memoriam. Graci perenne sic ἀνάνη dicunt, ut in Antipatri carmine lib. i. Anthol. Πάσας ἀνάνη επιγείδας ἀνάνη. Sic Horat. *Exegi monumentū are perennius*. Virgilius famā perpetuā, & constantem intelligit.

TEMPORE QVO PRIMVM) Tempus, & locum, & personas, & rem posuit, quibus maximam relationis fidem fecit. Tunc enim verum ostenditur factum, quod dicitur, quando extiterit, & ubi, & quibus annitentibus. Donat. * Nihilominus segmentum est, tametsi tempus, locus, persona, res ponatur. Sed hoc ex arte: fabula enim etiam verisimiliter narrari debent, & res verae magis, quam conficta videantur. Quanquam nonnulla, que verisimilitudinis parvam speciem habent, solent nonnunquam ad delectandum lectorum interfieri, & hoc ipsum de mutatione narium in nymphas per deam Berecynthiam, facultate Ioue concessa. Tametsi inde fit verisimile, quia Iupiter omnipotens. Sed fatus de nugis.

PHRYGIA FORMAB. IN IDA) Formabat, id est, formare cogitabat, ait Sertius: sed nihil opus hac explicatione. Naves autem apud Antandrum fabricatae, sunt, cui vicinus mons Ida, vnde cæstæ arboreos.

PELAGI ALTA) Hellenismus, ut auersa, ardua montis, truculenta pelagi, apud Catull. & Virgil.

BERECYNTHIA) Mater deum, à monte Phrygio Berecynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthus dicimus.

DOMITO TE POSCIT OLYMPO) Videtur dicere, praesta ei, cuius beneficio seruatus, ad olympi regna venisti. Saturnus enim, quem omnes consumeret filios, Iouem solum esse non potuit, celatum matris auxilio. Domito ergo olympos, in tuas scilicet leges, per beneficium meum, mundo redacto. Seruus.

Filius huic contrà, torquet qui sidera mundi,
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
95 Mortaline manu factæ, immortale carinæ
Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret
Æneas? cui tanta deo permitta potestas?
Immò ubi defunctæ finem portusq; tenebunt
Aulonios, olim quæcunq; euaserit vndis,
100 Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo
Æquoris esse deas: qualis Nereia Doto,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idq; ratum stygij per flumina fratriss,
105 Per pice torrentes, atraq; voragine ripas
ANNVIT, ET TOTVM NVTY TREMEFECIT OLYMPVM.

FILVS HVIC CONTRÀ) Filius non est assensus ei, D quæ studio magis, quam ratione ducebatur. Reddenda tamen ei ratio fuit, cur non posset impetrare, ne lafa discederet: & mereri tamen aliquid debuit, quod legibus datis non irrogaret iniuriam. Donatus.

TORQVET QVI SIDERA MNNDI) cuius nutu cælum cum sideribus voluitur, & circumagit. Seruus tamen exponit, regit, sustinet: ut etiam 4. Aeneid. cælum, ac terras qui numine torquet. Sic ibid. de Atlante, Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum. torquet, id est, sustinet.

MORTALINE MANV FACTÆ) Non possunt æternæ esse, quæ ab hominibus facta sunt. Horat. Debemur morti nos, nostraq; Nam sicut animi facta sunt immortalia, ita corporis percunt, Seruus.

PINEA SYLVA MIHI) In Ida monte, ubi sanctissimè colebatur mater deum, pinus abundabat, & ei penitus ibi lucus sacer erat. Claud. lib. i. de Raptu densis quam pinus obumbrat Frondibus, & nullo lucos agitante procella. Ac pinus erat Cybelæ sacra, quod, ut ait Ovid. lib. io. Metamorph. Cybeleius Attis Exuit hac hominem, truncōq; induruit illo. Sed & Arnob. scribit lib. 5. pinus illa sollemniter, quæ in matris infertur sanctum deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virū demessis genitalibus abstulit? Iterum. Quid enim sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in deum matris intermittitis sanctuario? Turneb. lib. ii. cap. 22.

B LVCVS IN ARCE SVMMA) in cacumine montis Idæ, cui Gargara nomen.

HAS EGO DARDANIO) Liberat suspicione impietatis Æneam, ne Matre deum inuita, eius lucum succidisse putetur.

LÆTA DEDI) Ad accipientis meritum pertinet, ut beneficium digno videretur præstuisse. Multis enim inuitis extorquetur, q; præstatutus indignis. Donatus.

SOLVE METVS) Deme eripe mihi metum, libera me isto metu. Alio sensu Æneas dixit Achati i. Aeneid Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama salutem. Ibi enim est, pone metum. Plenius Dido, Soluite corde metum Teucri.

C PROSIT NOST. IN MONT. ORTAS) Debent esse maioris meriti, quam quæ sacræ in lucis non sunt ortæ. Prosit illis, fuisse mihi sacræ, ortas in luce meo. Donatus.

CERTVSQVE IN CERTA PERIC. LVSTRET) Hoe dicit, casibus licentiam hæc petitio vult adimere: nam Æneas sorte qua homo est, nauigationis debet timere periculum, quod perit, si eius nauibus æternitas datur. Seruus.

CVI TANTA DEO PERMISSA POTESTAS?) Quasi dicat, ne regi quidem deorum, concedendi potestas inquam.

IMMO VBI DEFVNCTÆ) Liberatae, ut, O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Nauigationis periclis, & laboribus perfundit. * De verbo defunctus, ex Budæo Videas licet quæ transfiguratus in illum Gersum lib. 6. O tandem magnis pelagi, &c.

PORTVSQVE TENEVNT) Nautico usus est verbo, quum de nauibus diceret.

1841

AD NONVM ÆNEIDOS.

QVÆCVNQVE EVASERIT) ostendit aliquas esse pe-

A nutrit, sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec ab-

rituras. Vnam quæ Lycios, &c. lib. i.

MORTALEM ERIP. FORMAM) Plus promittit, quā

mater ausa fuisset postulare, vt deæ pelagi fierent, & cæ-

teris æquarentur.

ANNVIT, ET TOTVM NVTU) Ineptum faciunt Phi-

diagram garruli Græci. Etenim dixisse, se Iouem olympiū

quum fingeret, ex tribus Homeris versibus maiestatem

collegisse: quippe de superciliis, & crinibus. i. Iliad.

SECANT SPVMANT. PECT. PONTVM) Tibull eleg.

4. lib. i. Hic placidam ninoe pectore pellit aquam.

ID QVE RATVM STYGII PER FLVM.) Quoniam rem

arduam promiserat, futurum effectum iurando firma-

uit. Iuravit ergo firmum fore quod dixit, & iuravit per

Stygem, cuius tanta potestas est, vt etiam ipsis diis cre-

datur esse venerationi. Vt lib. 6.

Cocytus stagna alta vides, Stygiamq; paludem,

Dij cuius iuraretiment, & fallere numen. Donat.

Nec ignoro, ait Minutius in Octauio, plerosque

cōscientia meritorum nihil se esse post mortem magis

optare, quām credere: malunt enim extingui penitus,

quām ad supplicia reparari. Quorum error augetur, &

in saeculo libertate remissa, & dei patientia maxima, cu-

ius quanto iudicium tardum, tanto magis iustum est.

Et tamen admonentur hominū doctissimorum libris,

illius ignei fluminis, & de Stygia palude sèpius ambien-

tis ardoris, quæ cruciatibus terrenis præparata, & da-

emonum indiciis, & de oraculis prophetarū cognita tra-

diderunt. Et ideo apud eos etiam ipse vel Iupiter per

torrentes ripas, & atram voraginem iurat religiosè: de-

stinatam enim sibi cum suis cultoribus poenam præsci-

ushorrescit: nect tormentis aut modus illius, aut terminus.

Illic sapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit, &

C concussitq; caput motu, quo celsa laborant.

Sidera, proclamatq; adici ceruicibus Atlas.

Ouid. i. Metam.

Terrificam capit is concussit terq; quaterq;

Cæsariem, cum quaterram, mare, sidera monuit.

Horatius de eodem, cuncta supercilio monentis.

Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ

Debita complerant: cùm Turni iniuria matrem

Admonuit, sacris ratibus depellere tædas.

110 Hic primùm noua lux oculis effuslit, & ingens

Visus ab Aurora cælum transcurrere nimbus,

Idæiq; chori: tum vox horrenda per auras

Excudit, & Troûm, Rutulorumq; agmina complet:

Ne trepidate meas Teucri defendere naues,

115 Néue armate manus: maria antè exurere Turno,

Quām sacras dabitur pinus. vos ite solutæ,

Ite Deæ pelagi. Genitrix iubet, & sua quæq;

Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,

Delphinumq; modo demersis æquora rostris,

120 Ima petunt. hinc virgineæ (mirabile monstrum)

Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,

Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

ERGO ADERAT PROMISSA DIES) Retulit, quod o-D
lim gestum videretur, redit ad caussam, & præsentis té-
poris necessitatem. Venerat, inquit, dies promissi, & di-
positionem suam fata compleuerat: hoc est, & nauigio-
rum munus expletum fuerat, & Æneas in Italia erat:
restabat, vt naues deposita forma mortali vernerentur
in deas. Donat.

CVM TVRNI INIVR. MAT. ADMON. SACRIS RATIB.
DEPELL. TÆDAS) In obliuionem venerat deūm matri:
sed int̄ruenit iniuria, quæ illam commonefaceret, vt
à sacris ratibus, hoc est, quæ ex sacris arboribus ædifica-
tæ fuerant, incendia, & faces arceret, Donatus.

Nova LVX) Id est, nimbus deorum, quod statim dicit.

ID AEI QVE CHORI) Idæi Dastylium cum cymba-
lis suis.

NE TREPIDATE) Trepidare, est aliquid cum metu
accelerare potius, quam festinare. Additur enim mox
néne armate manus. Ac si dicat, non est, quod trepidi
concurratis ad seruandam classem. * Serinus tamen sim-
pliciter, ne festinets exponit. Et Nonius, trepidare, festinare: pro-
fert hunc poeta locum. Item illum è 4. Georg. Tum trepidae in-
ter se coeunt, penitusque coruscant. Dixit etiam Sallustius ali-
cubi, trepidare negotium, trepidare ad arcem. Et Lucanus, trepidam
carinam, id est, celerem, Seruo interprete. Apud Vegetium lib. 2.
cap. 23. pro, insurgere tripudiantes in clypeum, sibesq; obsidere, ma-
nu scriptis codices habent, insurgere trepidantes, &c. obseruatum à
Steuchio. Addit. Æneid. 4. Dum trepidant alæ, saltusque indagine
cingunt.

B b b *

*cingunt. Vbi trepidant non aliter licet exponere, nisi festinat. Tri-
pida nuntius erit festinus nuntius.*

MARIA ANTE EXVRERE) Non est huic diuersum
quod habet Propert.lib.2.eleg.32.

*Tu prius & fluetus poteris siccare marinos,
Altag̃ mortali deligere astra manu.*

GENITRIX IUBET) Absolutē genitrix, propter
præstantiam genitorum, quia deos genuit. Cur non eti-
am Christiani, & quidem longē verius virginem, ac pa-
tronam suam, Dei matrem, sine vlo adiuncto GENI-
TRICEM vocent? Potest etiam verissimē dici, MAGNA
MATER, & si quid eiusmodi est, quod digni-
tatem partus, seu felicitatem notet. 125

PVPP. ABRVMP. VINCVLA RIP.) Ennius 2. Annali,

Obstupere animis Rutuli. conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
125 Rauca sonans, reuocatq; pedem Tiberinus ab alto.

AT NON AVDACI CESSIT FIDVCIA TVRNO:

Vlro animos tollit dictis, atq; increpat vlro.
Troianos hæc monstra petunt: his Iupiter ipse
Auxilium solitum eripuit, non tela, nec ignes
130 Exspectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,
Nec spes vlla fugæ: rerum pars altera adempta est:
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se iactant responsa deorum.

Sat fatis, Veneriq; datum est, tetigere quòd arua
Fertilis Ausoniæ Troës: sunt & mea contrà
Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem,
Coniuge prærepta: NEC SOLOS TANGIT ATRIDAS
135 ISTE DOLOR, solisq; licet capere arma Mycenis.

O B S T U P E R E A N I M I S R U T U L I) obſtupe-
re non ad permutationem nauium pertinet tantum-
modi, sed ad omnia quæ vifa fuerant, vel audita. Do-
natus.

C O N T E R R I T . I P S E T V R B . M E S S . E Q .) Ipse
Messapus, qui esset constans inter suos, & fiducia vir-
tutis intrepidus, terrefactus est, ipsi etiam equi tur-
bati. Qualem terrorem putamus fuisse, quando ma-
iestatis potentiam muta quoque animalia sensere?
Donatus

C V N C T A T V R E T A M N I S , R A U C A S O N A N S) Tibe-
ris, pro quo mox ipsum deum nominat, Tiberinum in-
quiam. Sic lib. 8. sensum dedit Euphrati. Euphrates ibat
iam mollior vndis. Vndis, & nemori principio eiusdem
libri: Miratur nemus insuetum, &c.

R E V O C A T Q V E P E D E M T I B E R I N V S) Pedem flumi-
ni tribuit, vt Lucret. lib. 5. inde super terras fluit agmine
dulci Quia via secta semel liquido pede detulit vndas. quos
versus ad verbum iterat lib. 6. Sic Horat. Ode 16. Epod.
montibus altis Lenis crepante lympha desilit pede. Virgil.
Culice. Castaliaq; sonans liquido pede labitur vnda.
Lamb. in Horat.

A T N O N A V D . C E S S . F I D V C I A T V R .) Omnes facti
nouitate occupauerat stupor, homines, equos, & flumē
cum ipso deo suo: audacia tantum Turni immobilis
mansit. Temerarij enim nō mouentur ex accidentibus,
nec succendentibus malis aliquando franguntur. Sic pe-
rennit, manifesta, & grauia pericula pro dubiis, & leuib.
g̃stimator. Donat.

A de equo generoso, Vincla suis animis abrumpit. Horat.
Ode 7.lib.4. Nec Lethæa valet Thesæus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

A E R A T A E P R O R A E) Rostratae naues, quas Græci
χαλκευθόσους, & χαλκίγεισ vocitāt, vnde dictē sint, nemo
est vel mediocriter litteris imbutus, qui ignoret: earum
autem nauium rostra quia ex ære siebant, æratæ etiam
nominabantur. Cæsar 2. de bello ciuili. Interim L. Na-
fidius ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in
quibus paucae erant æratæ. Brod. lib.4.cap.13. Adde. Et
in 1. Æneid. æs simpliciter pro æratæ rostris posuit Vir-
gil. & spumas salis eruebant, id est, mare rostris nauium
quæ æratæ erant, secabant.

O b s t u p e r e a n i m i s R u t u l i . c o n t e r r i t u s i p s e

T u r b a t i s M e s s a p u s e q u i s : c u n c t a t u r & a m n i s

125 R a u c a s o n a n s , r e u o c a t q ; p e d e m T i b e r i n u s a b a l t o .

A T N O N A V D A C I C E S S I T F I D V C I A T V R N O :

Vlro animos tollit dictis, atq; increpat vlro.

T r o i a n o s hæc monstra petunt: his Iupiter ipse

Auxilium solitum eripuit, non tela, nec ignes

E x s p e c t a n t R u t u l o s . e r g o m a r i a i n u i a T e u c r i s ,

Nec spes vlla fugæ: rerum pars altera adempta est:

Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes

A r m a f e r u n t I t a l æ . n i l m e f a t a l i a t e r r e n t ,

S i q u a P h r y g e s p ræ se i a c t a n t r e s p o n s a d e o r u m .

S a t f a t i s , V e n e r i q ; d a t u m e s t , t e t i g e r e q u ò d a r u a

F e r t i l i s A u s o n i æ T r o ë s : s u n t & m e a c o n t r à

F a t a m i h i , f e r r o s c e l e r a t a m e x s c i n d e r e g e n t e m ,

C o n i u g e p ræ r e p t a : N E C S O L O S T A N G I T A T R I D A S

I S T E D O L O R , s o l i s q ; l i c e t c a p e r e a r m a M y c e n i s .

A N I M O S T O L L I T D I C T I S) magnanimitatem suam
comprobant dictis. Tale illud è contrario, Turbatumq;
oculus.

A T Q V E I N C R E P A T V L T R O) Increpat, & increpat
paria sūt, & est aut incusare, aut insultare. Georg.4.Æ-
statē increpitans seram. Et lib.10. Hostis amare, quid in-
trepitas, mortemq; minaris? Et lib.9. quem Turnus pari-
ter curſu, telog̃, fecutus Increpat his victor. Cic.in Horté-
fio, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Item,
Increpare sonare. Virgil. lib.8. iterum, atque iterum fra-
gor increpat ingens. Et lib.9. At tuba terribilem sonitum
procularē canoro Increpuit. Hæc Nonius

T R O I A N O S H A E C M O N S T R A P E T V N T) Non mihi,
sed Troianis malum prænuntiat hoc portentum mu-
tatarum nauium. Monstrū dictū volunt, quod mon-
stret futurum, & moneat voluntatem deorum. Virgil.3.
Æneid. Delectos populi ad proceres, primumq; parentem.
Monstra deum refero.* Occurrit Philippus Macedo, qui simili-
ter quod aduersum se videbatur, contra hostes valere in reporto-
sa dixit. Cum enim crinita stella apparisset, & is eo tempore bellum
haberet, sole antq; comete prouunctis haberet regum interitus: non,
inquit, ad me hoc prodigium, sed ad regem Persarum, qui capillatus
est, pertinet.

A V X I L I V M S O L I T V M E R I P .) Non quod solitus esset
ipsi præstare, sed quo Troiani haec tenus vti in fuga cō-
suerint. Vlro Iupiter præstitit, inquit, quod efficere
cupiebamus, vt ignavis istis deesset fugiendi oppor-
tunitas. Quare arreptas faces deponite. Diis iuuanti-
bus factum est, quod per nos impleri non potuisset.
Donat.

NON TELA, NEC IGNES EXSPECT. RVTVL.) Asceleratam gentem, ob raptam sibi coniugem: in quo facto vtitur Græcorum exemplo, qui rapta Helena gentem deleuere Troianam. Haec tenus Seruius.

ERGO MARIA INVIA TEVCRIS) Ostendit Troianis pereundum: quia mari fugere non possunt amplius: terra cinguntur hostibus. Et vt veniant auxilia cum Ænea ē Tuicis, nihil valebunt contra gentes tam multas, quæ ductum, & arma mea sequuntur.

NEC SPES VLLA FVGÆ) subsidium fugæ.

RERV M PARS ALT. ADEM TA) facultas nauigandi, siue mare. Mundum hunc infimum diuidit in duas partes, terram, & mare. Sic cum dicitur. i. **Æneid.** *Romanos rerum dominos, nomine rerum non nisi terra, & maria intelligenda sunt: aëris enim, & cœli domini Romani utiq; non fuerunt, cum tamen mundum dicantur obtinuisse, siue vniuersum orbem, in quo nomine etiam mare includitur.*

TERRA AVT. IN MAN. NOSTRIS) In nostra est potestate, nobis patet, & paret.

S I Q V A PHRYG. PRÆ SE) Quasi confingerent ista responsa Troiani.

SAT FATIS VENERIQVE D A T. TETIG. QVOD) Ut verasint responsa, haec tenus vera sunt, quod Italiam tetigerunt. Satis factum est fatis Troianorum.

S VNT ET MEA CONTRA FATA MIHI) Falsum est, sed quis eum redarguat? Et quia scit falsum esse quod dixit, argumentis probare dicta contendit, dicens, esse

facto vtitur Græcorum exemplo, qui rapta Helena gentem deleuere Troianam. Haec tenus Seruius.

CONIVGE PRÆREPTA) sponsam duntaxat inuidiosè coniugem vocat, vt Æneam faciat adulterum. Juno lib. 10. de eadem re, *gremiis abducere paetus.*

N E C S O L O S T A N G. ATRID. ISTE DOL.) Ad prouerbiū allusit, *Non soli Atride amant uxores, quod quidem manauit ex Homerī Iliad. i.*

η μῆνοι φιλέοντο ἀλέχους μεράπτων ἀνδρῶν των

Ατρεΐδων;

Νυμφοίσιοι οὐδεὶς αἰρεῖται αἴσιον αἰσθάνεσθαι

Βρύοντας εἶται.

Vsus eius erit, cum significare volemus, suam cuiq; dolere iniuriam, contumeliam, aut damnum, nec oportere quemquam impunē lədi. Chiliad.

Tangere etiam significat lədere, eodemque modo græcum, *ἀπλεσσειν*, pro quo etiam *δυγεῖν* aliquando dicunt. Sic accipendum illud Terentij Eunucho. *Quo pacto tetigerim Rhodium in coniuio.* Alium quoque elegantem huius vocis vsum ostendit Victor lib. 9. cap. 19. Licet etiam exponas afficit, commouet. lib. 12. *Miserite si qua parentis Tangere cura potest.* Lucret. lib. 1. *Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.*

SOLISQVE LICET CAPERE ARMA MYCENIS) licet & nobis, pro vxoribus nostris contra raptore bellum gerere, vt Græci in gratiam Menclai contra Troianos propter Helenam raptam gesserunt.

- 140 Sed periisse semel satis est. peccare fuisset
Ante satis, penitus modò non genus omne perosos
Fæmineum: quibus hæc medij fiducia valli,
Foscarumq; moræ, lethi discrimina parua,
Dant animos. an non viderunt mœnia Troiæ,
Neptuni fabricata manu considere in ignes?
145 Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
150 Etrisci socios: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis
Netimeant: **NEC EQVI CÆCA CONDEMVN IN ALVO:**
Luce palam certum est igni circundare muros.
H A V D S I B I C V M D A N A I S R E M , F A X O , E T P V B E P E L A S G A
155 Esse pvtent, decimum quos distulit Hector in annum.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei,
Quod supereft, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

SED PERIISSE SEMEL) Propter Helenam raptam Menclao, semel perierunt bello Iliaco. Perierunt iterum, qui iterum peccauerunt peccatum simile, & mihi Launiam rapuerunt: vsque adeo nondum exosum habet feminarum genus. Occurrit igitur obiectioni, & contra, peccandi cōsuetudinem obiicit, atque ita cuneum cuneo pellit.

PENITVS MODO NON) Modo non in affirmatione hoc loco, vt item apud alios scriptores ponitur, & valet propemodum, prorsus. Terent. Phorm. *Is senem per ep-*

Cstolas pellexit, modo non montes auripollicens. Tibull. lib. 1. eleg. 1. *Iam modo non possum contentus viuere parvo.* Quintil. proœmio. *Quis enim non de iusto, & æquo, ac bono, modò non & vir pessimus loquitur?*

FOSSARVM QVE MORÆ LETHI DISCRIM. PARVA) Nihil aliud sunt illis vallum, & fossæ, nisi mortis parua quædam dilatio.

A N N O V ID. MOEN. TROLÆ) Fiduciam gerunt, quia defenduntur fossis, & vallo, post paulum morituri, quasi non viderint Ilienses muros, mira firmitate, atque

que admirabilis magnitudine structos, & Neptuni diui-
nis manibus fabricatos in ignes confedisse. Donat.

CONSIDERE IN IGNES) Aeneid. 2. Tum vero omne
michi visum considere in ignes Iliam.

SED VOS O LECTI) Homer. Iliad.

O γενος ιπποδαυοι λαος, πηγανος δε δελεχος.

Αργειον, και νυνον εντεις θεσπια εις την.

Hosce duos versus, Sed vos o lecti, & sequentia, nonne
vides germanum illi posito in principio libri? Ecquis
erit mecum o iuuenes, qui primus in hostem.

QVIS SCINDERE VALLVM) Vallum dicitur ipsa mu-
nitio, nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur. Ipse
de sustentaculis vitium, primus vallo sub tecta referto.
Seruius.

TREPIDANTIA CASTRA) Vnde scit Troianos intra
vallum, seu in ipsis castris trepidare, hoc est, timere, &
rebus suis diffidere? Certè si liceret, erumperent. More
militari dictum: Imperatores enim ut suis militibus ani-
mos faciant, de hostibus tanquam ignauis, & imbelli-
bus, ac desperabundis loqui gaudent. ¶

NON ARMIS MIHI VULCANI) sicut Achilli. Bene
arma generaliter dixit, nam ipse quoque habuit a Vul-
cano, sed solum gladium: vt,

Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti

Fecerat, & Stygia carentem tinxerat vnde.

Per hoc autem quasi latenter dicit, se Achille melior,
quise Troianos etiam sine diuinis armis superare pos-
se confidit. Seruius.

NON MILLE CARINIS) Aeneid. 2. Non anni domue-
re decem, non mille carinae. Obliquè carpit Græcos, vt
clarius patebit ex sequentibus.

ADDANT SE PROT. OM. ETRVSCI SOCIOS) Habeat
licet, quanta optare possint auxilia..

TENEBRAS, ET INERTIA FVRTA) Respicit ad illa,
quæ narrat Sinon. 2. Iliad. de Diomede, & Vlysse, quo pa-
cto Palladium noctu Troiani ingressi surripuerint. Et
ita Græcos ut imbelles vituperat, qui à dolo petere au-
xilium voluerunt, cum à dextris, & virtute magis debu-
issent. Eodem pertinet, quod de equo ligneo statim se-
quitur, nec equi caca condemur in alio. Sensus hic est,
Nihil est cur metuant, ne per noctem, & insidias occu-
pentur. Non imitabimur Vlyssem, & Diomedem.

NEC EQVICÆGA CONDEM. IN ALVO) Habes lib. 2.
rem totam. Ibidem de turpissima Græcorum fuga, pars
ingentem formidine turpi Scandunt rursus equum, & no-
ta conduntur in alio.

LVC E PALAM CERTVM EST) Respondent hæc è
contrario illis, tenebras, & inertia furtæ Netimeant

DECIMVM QVOS DIST. HECT. IN ANNVM) Seneca
Troadibus.

Columen patriæ, mora fatorum,
Tu præsidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras, humerisq; tuis
Stetit illa decem fulta per annos:
Tecum cecidit, summisq; dies
Hectoris idem, patriaq; fuit.

Ad quem locum M. Anton. Delius, Viuo Hestore ca-
pi non potuit: tantum in eo ad victoriam Græcorum
differendam momentum positum erat. Horat.

& ademptus Hector
Tradidit fessis leuiore tolli
Pergama Graiis.

Et Abramus Silo.

Ite agite o Dandi magnum Peana canentes,
Ite triumphales, belli mora concidit Hector
Et Pentad. in epigram. Defensor patriæ iuuenum fortissi-

A mus Hætor, &c. Auctor Hyginus, Achillem, cum He-
ctorem raptaret, exclamasse, expugnati Troiam.

Fatetur & Diomedes lib. ii. per Hætorem, & A-
neam stetisse, per istos duos potissimum, ut Græci tot
annos Troiam obsidere cogerentur.

Quidquid apud duræ cessatum est mœnia Troie,

Hectoris, Aeneaq; manu victoria Graiū.

Hæsit, & in decimum vestigia retulit annum.

Palam est hoc, & superiore versu Græcis lentitudinem,
ignauiam, & torporem, adeoque imbelliam obici, qui
tanto cum exercitu tot annis vnam urbem circumse-
drent. Quod videtur etiam fecisse Epaminondas, dum
cuidam irrisori, ut videtur, falsè respondit. obificiente
B illo, q; Agamemnonis gloriam æmularetur, ita occur-
rit, Falleris, nam Agamemno totius Græciæ auxiliis in-
structus, decem annis vnam cepit urbem: ego vni-
us huius (Thebarum) præsidiis uno die vicit, ac pro-
fligatis Lacedæmoniis, vniuersam Græciam seruitute
liberaui. ¶

MELIOR PARS ACTA DIEI) Meliorum hæc partem
dies esse censeo, maiorem, quæ cum transfacta est, incli-
nat dies in occasum. Maior autem pars è duodecim ho-
ris septem primarum est, non supremarum, quæ cum
exactæ sunt, maior, & melior pars acta est: sed multò
magis cum exactæ sunt octo, vel nouem, vel decem ho-
rae, ut cum aduerserascit: quod tempus Turnus signifi-
cauit. Tamen exacta septima hora maior pars acta est,
vel teste locupletissimo Iurecos. Paulo, qui ita scribit:
cuiusq; diei maior pars est horarum septem primarum
diei, non supremarum. Turneb. lib. 3. cap. 14.

Alciat. tit. de verb. significat. in locum hunc Pauli
sic scribit. Pleriq; crediderunt de die naturali Iurecon-
sultum loqui, qui est ab ortu ad occasum solis, ut Cen-
sorinus auctor est, qui vulgo semper 12. horarum erat:
quæ pro ipsa luce vel augebantur, vel minuebantur. Po-
test tamen de eo quoque intelligi, qui imparibus sit ho-
ris, quas Græci ἡμέρας vocant. Nam & in Italia, & in
provinciis, maximus est 15. horarū, quod ex Ptolemaeo,
Procliq; commentariis in sphæram intelligi facile po-
test: ut merid sequens pars, licet longior, tamen mi-
nor à iureconsulto existimata sit, quod vesperi non ita
vegeti, promptiique, sicut manè simus. Et hanc poetæ
noster meliorum vocat. Hesiodus quoque, qui maturi-
us manè operetur, tertiam partem operis confidere
ait. οὐαὶ γὰρ τὸ ἔγχοιο τείτνῳ ἀπομέτρεται αἰσθαν. Qui ergo
à meridie ad occasum opus faciet, dimidiam operam
præstissee non dicitur, nec diurnæ mercedis dimidium
meritò consequetur.

QVOD SVPEREST, LÆTI B. GEST. REB. CORP. PR.)
Hom. Iliad. 19. Νῦν δὲ ἐγχεσθὲν δεῖπνον, ἵνα συνάγω-
μεν ἄγα. Vnum, inquit, faciendum restat, quia omnia
pro voluntate prouenerunt, ut reficiatis corpora vestra
cum gaudio spei melioris, & animos vestros imminen-
ti iam certamini præpareatis. Donatus.

Alludit ad morem militum, ait German. qui pransi,
& cibo roborati, & curati, expediti pugnatum ducebā-
tur. Vnde & Cato Orig. libr. 5. Exercitum suum pran-
sum paratum, cohortim eduxit foras, atque instruxit.
Sic & caput Homerum docet Vlysse non educendas co-
pias ad pugnam ieunio vexatas, & deiectas, hoc argu-
mento. Εἰπεγάρεις θυμῷ γε μερινάρα πολεμίζειν, ἀλλατέλα-
ση γενια βαρύνεται.

BENE GESTIS REBV) In eo tantum, quod hostes
egredi non sunt ausi: nam quid aliud gesserunt.

PVGNA SPERATE PARATI) Cupidos eos ostendit
pugnæ, & victoriae, ut viros fortes.

- 160 Interea vigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quenq; sequuti
Purpurei cristi iuuenes, auroq; corusci
Discurrunt, variantq; vices: fusiq; per herbam
165 INDVLGENT VINO, ET VERTVNT CRATERAS AHENOS.
Collucent ignes: NOCTEM CVSTODIA DVCIT
INSOMNEM LVDO.
Hæc super è vallo prospectant Troës, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
170 Explorant, pontesq; & propugnacula iungunt:
Tela gerunt. instant Mnestheus, acerq; Serestus:
Quos pater Æneas, si quando aduersa vocarent,
Rectores iuueni, & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio fortita periculum
175 Excubat, exercetq; vices, quod cuiq; tuendum est.

VIGILVM EXCVBIIS) Excubiæ sunt diur-
næ, vigiliæ nocturnæ. Tametsi pro vigilijs saepe inue-
nias excubias, non contrà, vigilias pro excubijs. Do-
nè, vt semper, de vigilijs Lipsius libr. 5. Mil. Rom.
dial. 9.

BIS SEPTEM RVTVL) Incipit dicere, quali dispo-
sitione iussa curabantur.

INDVLGENT VINO, ET VERTVNT CRAT.) Velut
de prosperitate securi, non reficiendis corporibus, vt
Turnus mandauerat, sed onerandis vino, atq; obruen-
dis operam dabant, vsque adeò, vt vasa exhausta verte-
rent: quæ res ostendebat tantum bibitum, quantum
fuit, non quantum refectioni naturali sufficeret. Do-
natus.

HÆC SVPER E VALLO) Facilis fuit prospectus
de summo, quia ignis plurimis locis accensus nihil oc-
cultabat.

TREPIDI FORMIDINE) Trepidos dixit cum timore
diligentes, nec immunes à sollicitudine, vt etiam pro
maiori cautela. Festini, proptec formidinem, ait Ser-
vius.

RECTORES IVVENI) Ascanio, si legas iuuenum, ac-
cipe magistros militum.

RERV M DEDIT ESSE MAGISTROS) Magistros
vocari eos aiunt iureconsulti, quibus præcipua rerum
cura incumbit. Hinc dicti magistratus. Magistrare eti-
am apud Festum, pro moderati: vnde non solum artiū,
sed etiam pagorū, societatum, vicorum, collegiorum,

Aconiuuiorum quoque magistri, & magisteria obeun-
tur. Suet. Domit. cap. 14. ex quo sorte ducti magiste-
rio fungerentur. Et Augusto cap. 2. municipalibus ma-
gisterijs.

OMNIS PER MVR. LEG. SORTITA PERIC.)

Certum est, vigiles quaternos diuississe se in quatuor
partes, ita vt singuli vigiliam vnam noctis obirent, sorte
diuidente. Ad quam sortem hic Virgilii aspexit:
Ad vices autem, de quibus sequitur, Exercetq; vices,
& mutationem, Vegetius lib. 3. cap. 8. Quia impossibi-
le videbatur, inquit, in speculis per totam noctem
vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes
ad clepsydram sunt diuise vigilia, vt non amplius, quam
tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. Bona, &
commoda ratio. Erant quatuor vigiles, atque ij vnā:
sed vnu ex ijs sua vigilia quisque perstatabat intentus, &
verè vigil, alij adiacebant, aut accubabant. Itaque his
quies aliqua, & ille stans, si auxilium posceret, ad manum
habebat. Lipsius.

Consultò videtur his verbis Virgilii ad muro-
rum, seu, vt antiqui scribebant, mœrorum etymologi-
am allusisse, qui Σπάσαι μοίρας appellatisunt, quod quis-
que pro parte sua eos tueretur. Ita 3. Æneid. ad græcæ
vocis explicationem respiciens, dixit, Σπάσαι περ
αγνοι Cycladas. Σπάσαι enim, hoc est, sparsæ, & in-
sulae sunt in mari Ægæo appellantur, quas vt apparelat,
Virgilii à cycladibus non distinxit. Hieron. Columna
C 3. Annal. Ennij, cuius est hic versus *mares, urbemq; fo-*
rumq; Excubib; curant.

- Nifus erat portæ custos, acerrimus armis
Hyrtacides (comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibusq; sagittis)
Et iuxta comes Euryalus: QVO PVLCHRIOR ALTER
180 NON FVIT ÆNEADM, Troiana nec induit arma,
ORA PVER PRIMA SIGNANS INTONSA IVVENTA.
His AMOR VNVS ERAT, pariterq; in bella ruebant:
Tunc quoq; communi portam statione tenebant.

- Nifus ait: DII NE HVNC ARDOREM MENTIBVS ADDVNT
 185 EVRYALE? AN SVA CVIQVE DEVS FIT DIRA CVPIDO?
 Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum
 Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
 Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
 Lumina rara micant: somno, vinoq; soluti
 190 Procubuere: silent latè loca. percipe porrò
 Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.
 Ænean acciri omnes, populusq; patresq;
 Exposcunt, mittiq; viros, qui certa reportent.
 Si tibi quæ posco promittunt (nam mihi facti
 195 Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
 Posse viam ad muros, & mœnia Pallantea.

NISVS HYRT.) Non illepidè quæri posset, an A-
 sius Trojanus homo, quem Homerus Hyrtaciden vo-
 cat, Nisi fuerit frater, nam hic quoque Hyrtaci filius à
 poeta dicitur.

Aλλ' ἐν οὐρανίδης ἔθελ' Αὔστος ὄρχαμος ἀνδρῶν
 Αἴθι λιπτεῖν ἵπατες, καὶ ἱνδόχον δεεγένονται.

Possunt etiam non sine cauſa fratres existimari fuisse,
 quod par ingenium, animusq; in illis erat: ambo enim
 aggressi sunt rem periculi plenam, & inducuntur ab
 his maximis poetis in primis audaces: quamuis fortasse
 veriori culpe affinis fuerit Asius, qui contempsit optimum
 consilium Polydamantis, sapientissimi viri, & cui
 cæteri omnes paruerunt: nec tam iustum cauſam, quā
 Nifus habuerit, vt vitam, salutemq; suam tanto pericu-
 lo obijceret. Huiusmodi autem quæſtiones non ineptæ
 putabantur olim ab ingeniosis, & disertis viris in Ho-
 mero, quem semper in manibus habebant, & cuius fin-
 gulas voces, ac sententias diligenter ponderabant. Vi-
 etor. lib. 28. cap. 16.

QVEM MISERAT IDA VENATRIX) Abusi-
 uè Idam montem venatricem dixit, pro venationibus
 abundantem. μηδέξειν ὅμηρον Homerus, ferarum paren-
 tem vocat.

IACVO CELER, LEVIB. SAGITT.) Bene inducit
 Nisum optimum esse iaculatorum, & hanc præmit-
 tit armorum peritiam, qua post plurimum poterit in
 in Euryali defensione. Seruius.

QVO PVLCHRIOR ALTER NON FVIT) Lib. 6. de
 Miseno, quo non præstantior alter.

ORA PRIMA SIGNANS INTONSA IVVENTA) Ju-
 uenta hīc lanuginem, erumpentemq; barbam signifi-
 cat, vt & ἡλιος græcè. Quare lib. 8. quod huic carmini
 illustrando faciat, ibi, Tum mihi prima genas vestibat
 flore innenta. Martial. lib. 9. de Camono adolescentie.

Crenerat hic vultus bis denis fortior annis,
 Gaudiebatq; suas pingere barba genas.

Hoc totum vna voce antiqui dixerunt imbarbescere.
 Calpurnius eclog. 2. describit rem festiuè.

quoties mollissima tango
 Ora manu, primi sequor vestigia floris.]

Et paulo post.

et enim sic flore iuuentæ

Induimus vultus: vt in arbore sape notauit
 Cerula sub tenui lucere cydonia lana.

HIS AMOR VNVS ERAT) Ambob. vnu amor, id est,
 alterius in alterum simillimus, & qui vnu videretur, si-

A cut vnum è duobus faciebat. Quomodo autem vna
 sunt anima duo amici: sic duorum amicorum amores
 sunt vnu amor. Enumeremus litteris maximè celebra-
 ta amicorum paria, in quibus immortalitatem suam
 Virgilio debent Nifus, & Euryalus. Damon & Pythias,
 de quibus in 3. Off. Cic. Theseus, & Pirithous, Pylades
 & Orestes, Alexand. & Hephaestion, Achilles & Patro-
 clus, Epaminondas & Pelopidas, Scipio & Lælius,
 David & Ionathas. Numerat etiam multos, qui amici-
 tia inter se iunctissimi fuerunt Hyginus cap. 257. 25

B Est autem adeò rara ista inter duos eximia, & per-
 fecta videlicet amicitia, vt verè affirmet apud Cic. Læ-
 lius, ex omnibus lœculis vix tria, aut quatuor numerari
 paria amicorum. Et 1. de finib. Omnim rerum, quas
 ad beatè vivendum sapientia comparauit, nihil est mai-
 ius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius. Quod quam
 magnum sit, facta veterum fabulæ declarant: in quibus
 tam multis, tamque varijs ab ultima antiquitate reperi-
 untur, vt ad Oretem peruenias, profectus à Theseo.

Plutarch. lib. περὶ τολυφύλων. Inueniemus autem
 binos semper amicos memorie proditos, Theseum,
 & Pirithoum, &c. Est enim amicus animal vna quidē
 degens: sed non vt in armento, aut graculorum ca-
 terua. Et quod amicus dicitur alter ipse, id nihil aliud
 significat, quā binarium, esse amicitiae mensuram.
 Paucis interiecis. Itaq; valde amare, & amari, inter
 C multos locum non habet. Sed sicut amnes in multos dinisi
 alueos imbecilli flunt, ac tenues: sic vehemens amor in
 animo, si dissipetur in multos, enervatur. Vnde fit vt ea eti-
 am animalia prolem suam magis ament, que unicum tan-
 tum gignunt.

TVNC QVOQVE COM PORT. STAT. TENEB.) Su-
 prà dixit, sorte singulis curanda loca prouenisse: quod
 ipsum fuerat ad istorum felicitatem, vt nec ipsa fors di-
 uisisse videatur, quos tanta familiaritas copulauerat.
 Donatus.

D Passim lego de excubitu in porta, atq; etiam ante
 portam. Sallust. Iugurth. Neq; secus, atq; si hostes adel-
 sent, iter facere, castra munire, excubitum in portas co-
 hortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mi-
 tere. Atq; adeo Romanis mos fuit totas cohortes, &
 turmas habere, & ponere quietas ante ipsas portas: non
 vnum, aut alterum militem, vt hodie solet. Illi plures,
 atque etiam cum periculum esset, alios super alios, &
 longius abiunctos. Id vocabant ab ista re stationes, sta-
 bant enim. Cæsar 2. Civil. Quæ in statione pro castris
 erant

erant Afranij cohortes. Palam hic pedites habes: at e-
quites in Sallustio suprà, & apud Liuium lib. 8. Manlius
super castra hostium cum turmalibus suis evasit, vt vix
teli iactu ab statione proxima abesset. Ibi Tusculani er-
ant equites. Communiter, & indistinctè Cesar 4. Gall.
li, qui pro portis in stationib⁹ erant, Cesar renuntiarūt.
Iterum 5. Gall. Qui erant in statione pro castris collo-
cati. Et hic Virgilius. Stationes sunt quas Græci *περιστολας*, quasi
dicas procustodias. Atq; haec olim totum diem habita:
mutauit Aemilius. Utiles erant stationes, quod nunquam
hostis imparatos, aut paucos deprehēdebat, immo, qui
essent resistendo, donec succurreretur. Anxiè autē ser-
uata, & omnino capitale (nisi magna vi abriperentur)
potius, quam pellerentur) deseruisse. Haec carptim ex
Lipso de Milit. libr. 5. dial. 8. Virgilius tamen cum de
nocturno tempore loquatur, videtur *stationis* vocem
pro vigilijs licentia poetica posuisse. Interim de statio-
nibus haec breuiter accepisse profuerit rerum antiqua-
rum studiosis.

DII NE HVNC ARDOREM) Num deus aliquis hoc
in animo meo incendit, hoc ardens desiderium excitat: an quis-
que cupiditas sua vehementiam sibi deum putat? His verbis
allocutus est fortis amator charissimum suum, cum cō-
silium suum, ac quid ipsi repente in mentem, gloriae
cupido venisset, illi aperire cœpit. Videtur Homerum
imitatus, qui 10. Iliad. Dolonem Troianum, qui se He-
ctori exploratorem obtulerat, non bene vires animis sui
ponderans, ita loquentem fecit.

E'lop, εμ' ὅτρην περδίν, η θυμός αγήνως,
Νηὸν ωκυπέρων σχεδὸν ἐλθέμεν, ἐκ τε ποθέσας.

Euripid. quoque in Cyclope ita induxit callidum illum
Ulyssen, cum ostendit, venisse sibi in mentem facinus
quo possit miserabiliter necatos socios suos à Polyphe-
mo vlcisci, seq; à periculo liberare. Id autē erat eū in-
ebriate. Incipit enim, εἰσῆλθε μοι θεῖον, diuinū enim con-
siliū illud, quasi à deo immisum appellavit. Virg. vtrāq;
Græcorū poetarū sententiam complexus est. Homer-
rus enim videtur innuere, huiuscmodi cogitationes
omnes excitari ab animo, cupiditatēque aliqua: Euri-
pides autem cælitus demitti. Ambo tamen singulis
sententijs contenti fuere: nec de veritate rei tam subti-
liter quæsuerunt: neque enim tempus illud accurata
de his rebus disputationem requirebat. Quare non si-
ne causa quæreret aliquis, an conueniat illi tempori, ac
personæ grauis illa, acutāq; questio, quam proposuit
Virgil. Victor. lib. 7. cap. 24.

AN SVA CVI QVE DEVS FIT DIRA CUPIDO?)
In Græcorum cōmentarijs reperitur deī nomen quin-
que ferē modis usurpari solere. Vt modò sapientes ho-
mines modò reges, ac potentes deos vocarent: modò
elementa, modò fatum, modò etiam facultates ani-
mi, & ipsas illius cogitationes, cupiditates, atque affe-
ctus, secundum quam extremam notionem hoc di-
ctum est à poeta, & An sua cuiq; deus fit dira cupido? Cum
enim animū ipsum aut deum, aut quandā partē dei pu-
tarent esse, quidquid in deo esset, deum credebant esse.
Neque verò, quod quasdam cupiditates malas, & vitio-
sas videbant, idcirco de sententia dimouebantur: nam
deos quoque alios bonos faciebant, alios malos. Ex hac
opinione amor in deos relatus est. Ex hac, spei, timori,
impudentia, consecrata sunt templa. Ex hac Euripides
evaēcīay utrissimum deam: φιλολημιαν verò, id est, am-

erant Afranij cohortes. Palam hic pedites habes: at e-
quites in Sallustio suprà, & apud Liuium lib. 8. Manlius
super castra hostium cum turmalibus suis evasit, vt vix
teli iactu ab statione proxima abesset. Ibi Tusculani er-
ant equites. Communiter, & indistinctè Cesar 4. Gall.
li, qui pro portis in stationib⁹ erant, Cesar renuntiarūt.
Iterum 5. Gall. Qui erant in statione pro castris collo-
cati. Et hic Virgilius. Stationes sunt quas Græci *περιστολας*, quasi
dicas procustodias. Atq; haec olim totum diem habita:
mutauit Aemilius. Utiles erant stationes, quod nunquam
hostis imparatos, aut paucos deprehēdebat, immo, qui
essent resistendo, donec succurreretur. Anxiè autē ser-
uata, & omnino capitale (nisi magna vi abriperentur)
potius, quam pellerentur) deseruisse. Haec carptim ex
Lipso de Milit. libr. 5. dial. 8. Virgilius tamen cum de
nocturno tempore loquatur, videtur *stationis* vocem
pro vigilijs licentia poetica posuisse. Interim de statio-
nibus haec breuiter accepisse profuerit rerum antiqua-
rum studiosis.

AVT PVG NAM, AVT ALI QVID) Iamdudum
desiderio ducor maximo, aut pugnam magnis nixibus
agredi, aut aliquid gloriosè perficere. In qua cogita-
tione sic agitatur animus meus, vt consistere non pos-
sit. Et ecce occurrit occasio, quæ est omni virtute ra-
pienda. Vides quemadmodum nos hostes contem-
nant. Negligentia enim illorum vnde nascitur, nisi
quod nos imbellis arbitrantur? Rara micant lumina,
ipſi somno, & vino sepulti iacent, latè omnia silent.
Audi, quid in animo voluerim, & quid faciendum de-
creuerim. Donat.

SOMNO VIN O QVE SOLVTI) Cur non sepul-
ti? sic enim infrā, & alibi loquitur, & veteres libri ita
habent. Somno solitus sum apud Cic. 6. de repub. est,
ego euigilauit.

QVÆ NVNC ANIMO SENT. SVRGAT) Aeneid.
1. Nata dea, quæ nunc animo sententia surgit?

ANEAN ACCIRI OM. POP. PAT.) Cogitatio-
nibus meis consentit opportunitas, & necessitas tem-
poris: nam vno omnes, eodemque consensu, tam pa-
tres, quæ populus ad Aeneam decreuerunt esse mit-
tendum. Cui rei virtus est necessaria, quæ tam egre-
gium factum & aggredi possit, & implere. Donatus.
Transfert Troianos, inquit Seruius, in Romanam con-
suetudinem, vt solet plerumque: prius enim iubebat
populus, confirmabat, senatus, siue vt loquitur Liuius,
patres auctores siebant.

QVI CERTA REPORTENT) portent, nam re-
vacat.

SI TIBI QVÆ POSCO) Si tibi me petente aliquid
decernitur commodi (nam mihi sufficit gloria, quæ na-
scitur ex facto) videor mihi posse inuenire viam sub illo
tumulo, hoc est, per hostis transitum, qui pergendi ad
Euandrum præbeat facultatem. Donatus. Poscere est
secundum Varronem, quoties aliquid pro merito no-
stro depositimus. Petere verò est, cum aliquid humili-
ter, & precibus postulamus. Seruius.

NAM MIHI FACTI FAMASAT) M. Tullius pro
Archia. Nullam enim virtus aliā mercedem laborum,
periculorumque desiderat, præter han claudis, & glo-
ria. Et infrā. Nunc insidet lquædam in optimo quoq;
virtus, quæ nōctes, & dies animum gloriae stimulis cō-
citat, atq; admonet, non cum vitæ tempore esse dimit-
tendum commemorationem nominis nostri, sed cum
omni posteritate adæquandam.

AD MOENIA PALLANTEA) vrbcem Euandri appellat
lib. 12. A Pallante auo Euandri, dictum est illud oppidū
Pallanteum.

OBSTVPVIT MAGNO LAVDVM PERCVLSVS AMORE
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum.

ME NR

- ME NE IGITVR SOCIVM SVMMIS ADIVNGERE REBV\$
 200 NISE FVGIS? solum te in tanta pericula mittam?
 Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
 Argolicum terrorem inter, Troiæq; labores
 Sublatum erudit: nec tecum talia gessi
 Magnanimum Ænean, & fata extrema secutus.
 205 EST HIC, EST ANIMVS LVCIS CONTEMPTOR, & istum
 Qui vita bene credat emi, quò tendis honorem.
 Nisus ad hæc. Evidem de te nil tale verebar,
 Nec fas: non: ita me referat tibi magnus ouantem
 Iuppiter, aut quicunq; oculis hæc aspicit æquis.
 210 Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
 Si quis in aduersum rapiat casusue, deusue,
 Te superesse velim: tua vita dignior ætas.
 Sit qui me raptum pugna, pretioue redemptum
 Mandet humo solita: aut, si qua id fortuna vetabit,
 215 Absenti ferat inferias, decoretq; sepulcro,
 Neu matri miseræ tantissim causa doloris,
 Quæ te sola, puer, multis è matribus ausa
 Prosequitur, magni nec mœnia curat Aceſtæ.
 Ille autem, CAVSSAS NEQVICQVAM NECTIS INANES,
 220 NEC MEA IAM MVTATA LOCO SENTENTIA CEDIT.
 Acceleremus, ait. vigiles simul excitat: illi
 Succedunt, seruantq; vices. statione relicta
 Ipse comes Niso graditur, Regemq; requirunt.

OBSTUP. MAGNO LAVD. PERC. AMORE) Nō laudauit A appellant comites, sed socios, communicantes quo-
 Euryalum Nisus, vt suarum amore laudum perculsum
 dicat poeta. Sed hoc vult, amore, ac desiderio carum
 laudum, seu illius gloriae, quam Niso videbat proposi-
 tam, & ad quam illum impetu quodam eximio ferri
 cernebat, Euryalum quoq; fuisse correptum, ita vehe-
 menter, vt pæne apud se non esset. ¶

ME NE IGITVR SOCIVM SVMM. AD. REBV\$) Quam promptus, & alacer Euryalus ad subeunda cum
 amico quævis graui? Tales perpaucos esse, qui in re-
 bus asperis, periculis, difficilibus socios, & comites
 se præbere sustineant, conqueritur hisce carminibus
 Theognis.

Πλύρες ἐνρήσεις, πολυπάθη, ἀνδρεγες ἑταίρες
 Πιεστὲ εἰς χαλεποῖς πρίγμασι γιγνομένες.
 Οἴτινες δὲ τολμαῖν, ὅμοφερα θυμὸν ἔχοντες,
 Ιστον τῶν ἀγαθῶν, τῶν τε κακῶν μέτεχνοι.
 Τές δὲ ἐχ ἐνρήσεις διζηνεντος δέ τοι παντας
 Αὐθρώπους, οὐς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι.

Coniux Annibal is Imilce, postquam à viro audijt se re-
 linquendam esse loco tuto, nec ducendam simul in
 Italiam,

Mene oblite tua nostram pendere salutem.
 Abnus inceptis comitem? sic foedera nota,
 Primitiæq; tori? gelidos ne scandere tecum.
 Deficiam montes coniux tua? crede vigori
 Famineo. caſtū haud superat labor ullus amore. ¶

Socius est par, comes verò minor, quippe qui sequitur,
 & ducem habet. Ideo duces in bello, quoties milites al-
 loquuntur, conciliandæ benevolentiae gratia, non fere

dammodo suam dignitatem cum illis: vt è diuerso, cum
 commilitones vocant, communicantes suam condi-
 ctu[m] , ac sortem cum ipsis. Præterea comes est, qui
 utruncq; sequitur alterius ductum: socius plerunque in
 negotijs, seruisq; rebus, & fortunæ arbitrio subiectis.
 Cæsar in Comment. Itaq; Antisthenes Prætor Thessa-
 liæ, cum se victoria Pompeij comitem esse maller,
 quam socium Cæsaris in rebus aduersis, &c. Verum hu-
 iusmodi differentia aptior est inter socium, & sodalem:
 est enim propriæ sodalis in rebus leuioribus, ac s[ecundu]m vo-
 luptuosis. Hæc Laurent. Valla. Solum tamen, & comiti-
 tem s[ecundu]m ita coniungit Cicero, vt differentiam vix ag-
 noscas. Et Virgil. infrā, comitem casus complector in
 omnes.

Summis rebus. Summum, & extremum dicimus,
 & laudabile. Bene ergo in re dubia vsus est sermone du-
 bio. Nam hoc dicit: non debes me nec à tua gloria, nec
 à periculis segregare, Seruius.* Sunt qui ita dictum velint,
 vt Cic. summa respub. aut summa reipub. Melior Seruiana expo-
 sitio.

NON ITA ME GENITOR) Quoniā proprias laudes
 iactare nondum potest, paternam gloriam ostentat, &
 de patre superbit, quem à virtute militari commendat.
 * Immo etiam de se gloriatur, sequitur namq; mox, nec tecum ta-
 lia gessi. Sed maluit nunc à patre commendari, eiusq; institutione.

TERROREM INTER) quem Græci Troianis in-
 Cferebant.

SUBLATVM ERVIDIIT) Terent. And. Quidquid
 peperisset, decreuerunt tollere. Nati enim infantes, & ab
 obstetricie sublati protinus nudi in terra statuebantur,
 deorumq;

1857

deorumque auxilium nascenti inuocabatur. Inde à patribus tollebantur. Hoc officium poetæ diis adscribunt, quando eximiè aliquem volunt commendatum. Qui autem non tollebatur, pro abdicato, & proiectio habebatur. hæc omnia idoneis autorum sententiis confirmat ad i. Thebaid. Statij. Ioan. Bernartius pag. 22. Vide item Turneb. lib. 22. cap. II.

E S T H I C E S T A N I M Y S L V C I S C O N T E M P T O R) potest esse aduerbum demonstrantis, *hic*, vt sit, *est hic*, id est, in meo pectore, quod demonstret. Potest & sic accipi, vt dicat, *hic* est animus lucis contemptor, hoc est, iste animus. Seruius.

Q V I V I T A B E N E C R E D . E M I Q V O T E N D . H O N .) Noui ipse quoque pro laude vitam, salutemque contemnere. Noui facinus magnum sine magno periculo compleri non posse: quippe gloriæ pretium est, necis discrimen. Donat.

De vita gloriæ causa dimicare est utique naturæ illius, quam 2. Tuscul. Cicero describit. Naturæ, inquit, nihil præstantius habet, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Quam plena magnitudo, & despiciens vitæ, hæc clausula Euryali? *Est hic est animus lucis contemptor, &c.* Honorem vita bene emi affirmat, id est, honorem, & gloriam esse mercem hoc pretio, sanguinis scilicet, dignissimam. Quis hunc animum satis laudarit? Cato senior dicebat, plurimum interesse, utrum quis virtutem magni aestimet, an vitam non magni faciat. Significabat non esse statim numerandos in fortibus, qui essent audacissimi, & quauis in causa lucem hanc, vitamq; contemnerent, ac mori non dubitarent: sed eos demum, qui tanti facerent virtutem, ut eius gratia, vitam alioqui charissimam negligerent. Et talem mortem gloria sequitur. §§

E Q U I D E M D E T E N I L T A L E) sanctè negat, quidquam tale cogitasse de Euryalo, quale ille suspicatur. Tres autem causas adducit, cur de eo socio sibi adiungendo minus cogitarit. Prima, ut si ipse (quod fieri potest) casu aliquo pereat, superstitamus, cuius ætas quia minor, idcirco vita longiore dignior, & ne vterque pereat. Altera, ut habeat, si, ut dictum est, fortè vitam amittat, à quo funeretur, redempto corpore: aut si id non liceat, à quo sibi absenti tumulus, & iusta fiant. Tertia, ne matri eius dolor insanabilis afferatur, si filius fortè amiserit. His causis feruidus adolescens, & magnanimus nihil permouetur.

N E C F A S . N O N) Non est fas, non, inquam, fas est.

CÆTERA PER TERRAS OMNES ANIMALIA SÖMNO

225

LAXABANT CVRAS, ET CORDA OBLITA LABORVM:

Ductores Teucrūm primi, & delecta iuuentus,

CONSILIVM SVMMIS REGNI DE REBUS HABEBANT,

Quid facerent, quisue Æneæ iam nuntius esset.

Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes

Castrorum, & campi medio. tum Nisus, & vnà

Euryalus confestim alacres admittier orant:

Rem magnam, pretiumq; moræ fore. primus Iulus

Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.

Tunc sic Hyrcrides. Audite o' mentibus æquis

230

Ccc*

Ænea.

I T A M E R E F E R A T) Ita sim saluus, ita viuam, ita me amabit Iupiter, ut est in comœdia.

Q V A E M V L T A V I D . D I S . T A L I) Non semper præclaris cœptis fortuna est comes: & illud, *Virtute dñe, comite fortuna*, magis optantis, quam asseuerantis, aut promittentis est.

S I Q V I S I N A D V E R S V M R A P I A T) Hæc, & que sequuntur, Silius lib. 3. ad Annibalem, & vxorem eis Imilcen quam ex Hispania in Italia secum ducere nolebat, accommodauit.

*Quod si promissum vertat fortuna fauorem,
Lauag sit cœptis, te longa stare senecta,
Æuumq; extendisse velim: tua inßtior atas,
Ultrame impropere ducant cui fila sorores.*

R A P T V M P V G N A) in acie imperfectum. lib. 12. *Et regem vobis pugna defendite raptum.* Rapi dicuntur, qui moriuntur, & rapti in mortui, etiam in prælio, & in armis, atque inter arma. Pentadius in Epitaphio Hectoris, *Sed raptum patre infelix, auroq; repensum Condidit.* lib. 6. de infantibus, *Quos dulcis vita exortes, & ab ubere raptos. Abstulit atra dies.* §§

H V M O S O L I T A) consueto sepulturæ loco, ubi reliqui humantur.

A B S E N T I F E R A T I N F E R I A S) faciat iusta mihi absenti, cum scilicet cadaveris copia non erit.

D O N E T Q V E S E P V L C R O) honorario, quod Græcis Cest *κενταράριον.*

M V L T I S E M A T . A V S A . P R O S E Q .) Æneid. 5. *Transcribunt urbi matres.* Sola hæc filium suum præ amoris impatientia est ausa prosequi in Italiam, rem magnam seilicer aggrediens. * *Etiam multis è matribus S. Monica filium Augustinum ex Africa in Italiam, & Mediolanum securata est, nihil non agens, & eum Christianum, & Catholicum videtur. De ea scribit lib. 6. Confess. in hac verba: Lam venerat ad me mater, pietate fortis, terra, mariq; me sequens, & in periculis omnibus de te secura.*

N E C M E A M V T A T O C O S E N T . C E D I T) Maneo in sententia, à sententia ista non desisto, non discedo, in hac mente, & sententia persevero, nemo me ab ista sententia deducet.

V I G I L E S S I M V L E X C I T A T) Si vigiles fuerunt, quomodo excitabantur? Manifestum est, hic nullam esse questionem. Vicibus enim seruatis, ea hora dormientibus aliis, qui fuerant vigilaturi, Nisus tunc, & Euryalus vigilabant: proinde recessuri excitabant alios, qui essent ex vigil numero. Donatus.

R E G E M Q V E R E Q V I R V N T) Ascanium, regis Æneæ filium: nam hunc aliquoties regem appellat.

235 Æneadæ: NEVE HÆC NOSTRIS SPECTENTVR AB ANNIS,

QVÆ FERIMVS. Rutuli SOMNO, VINOQUE SEPVLTI

CONTICVERE: locum insidiis conspeximus ipsi,

Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Interrupti ignes, aterq; ad sidera fumus.

Erigitur. si fortuna permittitis vti,

Quæsitum Ænean ad mœnia Pallantea.

Mox h̄c cum spoliis, ingenti cæde peracta,

Affore cernetis: nec nos via fallit euntes.

Vidimus obscuris primam sub vallibus urbein

Venatu assiduo, & totum cognouiimus amnem.

CATERA PER TERRAS ANIMAL.) Exagge-
ratur vigilantium labor, Ascanij, aliorumque ducum
seculicet.

LAXAB. CVRAS, ET CORD. OBLIT. LABOR.) Hoc ve-
rissimum est in hominibus, quorum propriæ sunt curæ,
& laborum memoria. Reliquæ enim animantes paulu-
lum admodum sentiunt præteritum, aut futurum. Som-
nus igitur curarum queis, & laborum, dolorumque ob-
livio est.

DELECTA IVVENTVS) Iuuenes consilio tam ar-
duo miserent, consideratione Romani moris, quo equi-
tes admissi, qui ferè è iuuentute. Accipiebantur autem
ad consilium militare Legati, & Tribuni, tum Primipi-
li quoque, & interdum alij Centuriones. Vide Lipsium
de Mili. Rom. libr. 2. dial. 8. in quo agitur de consilio
militari.

CONSILIVM SYMMIS REGNI) Lucilius. Consilium
summis hominum de rebus habebant. Vide adagium, In-
nocte consilium. Quodnam autem caput consulta-
tionis fuerit, statim subiungitur, Quid facerent, quis-
ne, &c.

STANT LONGIS ADNIXI HASTIS, ET SCVTA TEN.)
Quamvis non essent morbo, aut vulnere grauati, vt de
quibus narrat Homerus, & Cic. pro Rabirio. Corpus
ita firmabant Troiani proceres rebus illis, quas tempus
illud, ac periculum magnum ipsos tenere hortabatur.
Lege Viator. libr. 3. cap. 18.

Præter vigiliarum laborem, inquit Donatus, non
saltē sedentes, sed stantes, & tenentes scuta, & longis
hastis adnixi. Ecce & armorum gestatio quantum labo-
ris imponet vigilantibus, quos solum leuabat hastarum
auxilium, quibus innixi iuuabantur.

CASTRORVM, ET CAMPI MEDIO) Medio, bis ac-
cipiendum est, vt sit, medio castrorum, & medio cam-
pi. Campum h̄c dixit, non tales, quales sunt, in qui-
bus bellicæ congreßiones agitantur, sed spatium in-
tra castra constitutum. Donatus. Et Seruius breuissi-
mè. In medio campi spacio, qui campus castrorum
medius fuit.

REM MAGNAM PRET. MORÆ FORE)
Magnacum gratia, & venustate abest verbum, dicebant. Ita Cic.
Habendas esse quam laxissimas habenas. Quid. habent commoda
magna moræ. Et alibi. Grande moræ premium, tuta futura via est.]
Dicebant se afferre rem magnam, cuius mora premium
posset afferre, id est, pœnam. Terent. Ego premium ob-
stultitiam fero. Si tardè mittamus ad Æneam, luemus
hostium pœnas. Alij sic. Scimus quidem aduentum no-

A strum moram afferre vestris consiliis: verūm huic mo-
ræ erit pretium, id est, remuneratio, namque hoc affe-
rebat, quod illi cogitabant. Seruius.

ACCEPIT TRÉPIDOS) festinos, more suo.

NEVE HÆC NOSTRIS SPECT. AB ANNIS) Bene ex-
cusat, quia scit de ætate puerorum posse dubitari, di-
cens, non ex suggestione persona, sed sua vi consilia
ponderanda. Seruius aliter. Cum sciamus adolescentes
solere inconsideratos esse, ac temerarios, ei suspi-
cionis occurrit.

LOCUS EST APUD ISOCRATEM IN ARCHIDAMO, HIS VER-
BIS MARONIANIS ILLUSTRANDIS, & ORNANDIS MAGNOPERE
IDONEUS. Εἰ μὲν γὰς ἀποδέει γένεν, &c. Nam si explo-
ratum esset, seniores de omnibus rebus rectissimè iu-
dicare, adolescentes autem ubique falli, & hallucinari,
nō immerito nobis dicendæ sententiae ius adimeretur.
Sed quum non annorum spatium, sed ingenium, & di-
ligentia in causa sit, vt alios alij prudentia superemus:
nonne utriusque ætatis periculum faciendum est, ut ex
omnibus iis, quæ dicta fuerint, vobis deligere liceat vi-
lissima? Summa Isocrateæ huius orationis est hæc. Se-
nes non ubique rite iudicant. Et adolescentes nō sem-
per falluntur. Inuenio senariolos duos Menandri, ad
institutum, & verba horum iuuenum accommodati-
fimos.

Μὴ τὸ βλέψης, εἰ ρεῖτερος λέγω,
Αὐτὸν εἰ φευγόντες τὸς λόγους ἀρδεῖς ἐσάν.

Spectare noli, sim ne innenis qui loquor,
Viris sed utrum verba prudentis loquar.

SOMNO VINOQUE SEPVLTI) A mortuis ad dormi-
entes metaphora, profundum enim dormientes, haud
multum videntur distare à mortuis. 2. Æneid. In va-
dunt urbem somno, vinoque sepultam. lib. 3. de Polyphe-
mo. Nam simile expletus dapibus, vinoque sepultus. Lu-
cret. lib. 5. sed taciti respectabant somnoq; sepulti. Tibull.
lib. 1. somno domitos dixit.

INTER RVP TI IGNES) suprà, lumina rare
micant.

AD SIDERA FVMVS ERIG.) signum sopitorum
ignium, quoties maior fumus erigitur.

SI FORTVNA PERMITT. VTI) si fortunam sequi, &
oblatam arriperc occasionem finitis.

PRIMAM VRBEM) primam partem urbis Pal-
lantei, ubi nunc est apud Euandrum Æneas. sic prima
platea, primis digitis, & multa huiuscemodi.

AMNEM) Tiberim.

Hic

HIC ANNIS GRAVIS, ATQVE ANIMI MATVRVS ALETHES.

Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,

Non tamen omnino Teucros delere paratis,

Cum tales animos iuuenum, & tam certa tulistis

250 Pectora. sic memorans humeros, dextrasq; tenebat
Amborum, & vultum lacrymis, atque ora rigabat.

QVÆ VOBIS, QVÆ DIGNA, VIRI, PRO TALIBVS AVSIS

PRÆMIA POSSE REAR SOLVI? pulcherrima primùm

Dij, moresq; dabunt vestri: tum cætera reddet

255 Actutum pius Aeneas, atque integer æui

Ascanius, MERITI TANTI NON IMMOR VNQVAM.

ANNIS GRAVIS) Horat. sat. 1. lib. 1. *O fortunati mer-
catores, granis annis Miles ait.* Fessus, confectus ætate,
alibi Virgilius.

ANIMI MATVRVS) sic dictum, ut illud 5. Aeneid.
Hoc Helymus facit, hoc autem maturus Aceſtes. Et paulo in-
frā, hoc ipso lib. atque integer enī Ascanius. Simile Ho-
ratianum Sat. 3. lib. 2. *Quid si quis natam pro muta de-
nonet agna, Integer est animi?* Ouid. Metam. 8. *Ante om-
neq; Lelex animo maturus, & aeo.*

DII PATRII) Græcis ðeōi πατρῶοι, patrios deos si-
gnificant, tam patrios à patria, quam paternos, cognos-
tos, gentiles, &c. German.

NON TAMEN OMNINO TEVCROS) Ac si diceret, li-
cer irascimini ad tempus, hinc appetat non velle vos
penitus delere Troianos, quod tales animos iuuibus
datis. Seruus.

ET TAM CERTA PECTORA) quæ tam constan-
ter res arduas, periculique plenas pro suorum salute
adeundas sibi proponerent. Quæ maximum facinus
agredi, nihil dubitarent. Sic mihi videtur explicari
posse hoc verbum certa isto loco. ☺

ET VVLTVM LACRYMIS, ATQVE ORA) Gratulationis
fuerunt lacrymæ, & doloris. Gratulationis, quod
exitissent tales voluntarij. Doloris vero, quia dixit, Non
tamen omnino Teucros delere paratis. Recordatus est e-
nim, quam perdidissent magnanimos heroas Troiani.
Donat.

PRO TALIBVS AVSIS) Seruio legendum videtur,
pro laudibus istis, id est, pro virtutibus, ut ex consequen-
te anteced. intelligatur. Nos lectionem vulgatam reti-
nemus.

PVLCHERR. PRIM. DII, MORESQVE DAB. VESTRI)
Quam vellem, tantum mihi suppeditaret eloquentiae,
ut horum verborum vberem, diuinamq; mentem pos-
sem verbis exequi. Docet nos poeta sapiens, in præcla-
ris actionibus nostris ante omnia spectare deum, & ab
eodem recte factorum nostrorum primum, præcipu-
umque præmium exspectare. Quæ enim à deo donan-

meritanti non immem. VNQVAM) Recte

non unquam. Nam vt Cicero ait ad Quirit. post red. non
est æquum tempore, & die memoriam beneficij defi-
niri. Huc etiam spectat, quod lib. 3. de Benef. scriptum
lego à Seneca. Gratum hominem semper beneficium
delectat, ingratum semel.

Immò ego vos, cui sola salus genitore reducto,

(Excipit Ascanius) per magnos, Nise, penates,

Aſſaraciq; larem, & canæ pentralia Vestæ,

Obtestor (quæcunq; mihi fortuna, fidesq; est,

IN VESTRIS PONO GREMIIS) reuocate parentem,

Reddite conspectum: NIHIL ILLÖ TRISTE RECEPTO.

Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis

- Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba:
 265 Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
 Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
 Si verò capere Italiam, sceptrisq; potiri
 Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
 Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
 270 Aureus? ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes,
 Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Niſe.
 Præterea bis sex genitor lectissima matrum
 Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma:
 Insuper id campi, quod Rex habet ipſe Latinus.
 275 Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas
 Inſequitur, venerande puer, iam pectore toto
 Accipio, & COMITEM CASVS COMPLECTOR IN OMNES.
 NVILLA MEIS SINE TE QVÆRETVR GLORIA REBV, TAM M. A.
 Seu pacem, seu bella geram: TIBI MAXIMA RERV
 280 VERBORVMQVE FIDES.

IMMO EGO VOS, CVI SOLA SALVS GENIT.) Alethes A
 deorum liberalitatem pollicitus fuerat. Sequitur Ascanius cum pollicitatione liberalissima. Immo ait ego vos munerabo præmiis certissimis, & quæ sensibus vestris usurpetis. Adiicit cauſam, propter quam siebat illis obnoxius. *Cui sola salus genitore reducito.* Tunc scio tutam fore vitam meam, cum remeauerit pater meus. Proinde pro paterno reditu, & pro cōſeruatione salutis meæ, ego vobis egregia ſoluam præmia. Addit iuſurandum, quo ſecuriores faciat. Donat.

EXCIPIT ASCANIUS) ÆNEID. 4. tum ſic excepit regia Iuno, pro quo Homeruſ toties, τάνδ' ἀπαμειβόμενος θεός. Græcis etiam ὑπολαμβάνεται dicuntur, qui respondent, quaſi qui vices sermonis reddant. §§

PER MAGNOS NISE PENATES, ASSAR.) Hac enim præcipua Troiani quæ colerent, habuerunt.

QVÆCVNQVE MIHI FORT. FIDES QVE IN VEST. PONO GREMIIS) Fortuna in euentu est factorum, fides autem in potestate. Quæcumque, inquit, in me fuerit fortuna, hoc est, si melior me fortuna rēſpexerit, & si qua in me fides est, hanc ſeruabo meritis vestris, in tantum, vt in vestro arbitrio sit, quid repedi vobis pro meritis debeat. Donatus.

NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO) Hoc non ſolum ad Ascanium pertinet, ſed ad omnia. Hoc ſensu nihil triste futurum in caſtris Troianorum, ubi ille remeauerit. Donat. * *Vt ſi diceret, illud Horatianum, Nil desperandum Teucro due, & aſpic Teucro. Egredia, & plena Ænea commendatio, ibi eſſe fortunam, ſalutem, bona omnia, ibi ille ſit. Omnia ei adſunt bona, quem penes eſt virtus, ait Plaut. Capt. Æneam virtus: ergo penes eum omnia bona, illi primum, deinde per illum alii.*

PERFECTA, ATQVE ASPERA SIGNIS) signis in asperitate cœlata. Sic & nummus asper dicitur, bene percussus & recens, non vetus, neque tritus, atque ipſo vſu leuis, fugientibus notis, nec nota expreſſa. Persius, quod asper Utile nummus habet. Qui enim pecuniæ amantes erant, in nummis fastidiosi erant, delectumque habebant, & nummos perfectissimæ, atque expressissimæ formæ ſeruabant. Turneb. lib. 18. cap. 28.

DEVICTA ARISBA) Troadis oppidum Arisba. Plin. lib. 5. cap. 3. inter urbes ab Homero celebratas enumerat.

ET TRIPODAS GEMINOS) Tripun, ſeu tripodas inter funebris certaminis præmia apud Homerum Achilles proposuit, alioqui non iis modò qui fortiter quippiam feciſſent, ſed & poetis in victoria, tripodas tribui honestissimum putabatur, quando Hesiodum, Homero devicto, eum retuliffe proditum memorias ſcimus. Dabatur & iis tripus, qui Dithyrambicū carmen cecinifſent, ad imitationem Apollinci tripodis. Rhodigin. lib. 8. cap. 15. * *Ab Homero ſumit Virgil. donationem tripodum li. 3. s. Et hoc ipſo. Græcorum hanc fuſſe morem, Et iis Grecis fortes donarent, liquet ex Horatio, Ode 8. lib. 4. Donarem tripodas, præmia fortium Graiorum.*

SIVERO CAPERE ITALIAM) Tangit Virgil. momen, qui vt vetus eſt, & heroum quoque temporibus usurpati, ita etiam omniætate ſeruetur neceſſe eſt: vt cum respub. aliqua, rexque victoriam consecutus eſt: oppidumque aliquod diues expugnauit, ex omni aceruo prædæ, qua coacta eſt, partem ſumat, & illam quidem elegantiorem, præſtantioremque, atque ipsa ornat eos, qui magnopere vtileſ in eo bello fuerint, forteque in eo facta operam ſuam præbuerint, cum reliqua præda forte ducta, vniuersis copiis illis, exercutiique diuidatur. Idem etiam docet Euripides factum eſſe in exercitu Græcorum, Troia capta, apud quem Neptunus Troadibus (fungitur enim hic deus illuc officio prologi) ita loquitur: de captiuis autem mulierib. Troianis agit.

Καὶ τὰς μὲν ἀρκάς, τὰς δὲ θεσσαλὰς λέως
 Εἰληχ', ἀδιναίων δὲ θυσεῖδαι τεχμόι.
 Οὐσαὶ δὲ ἀκλητι, τεράδεων, ὑπὸ στύγου
 Τάς δὲ τοῖς περιώσιν ἐξηρημένος
 Στεγτῆ.

Narrat igitur ipſe, è numero omni captiuarum illorū, nobiliores extra fortē affignatas eſſe principib⁹ illius exercitus: ſignificat autē Callandram, Andromachā, Polixenā. Sed in cœdē fabula infra etiā huius moris memini-

1865

nit, idē verbum usurpans: ita enim inducit Talthybiū A Hecubae respondentē, quē ex ipso quāsiuerat, quid de Andromacha factū esset. *καὶ τὸν ἀχιλλέων ἔλατον τῷσι πόπλον.* Sed apud Homerū etiam huius consuetudinis vestigia multa reperiuntur: ut cum cecinit, Hecameden regis Arsinoi filiam, Achiuos in expugnatione Tenedi extra sortem Nestori dedisse: quia senex ille omnibus consilio, sapientiaque præstaret. Expressit vero Virgilius verbum etiam græcum. Nam cum tragicus poeta dixisset, ipsas ἐξηρημένας, id est, ē manubijis, aceruoque præde exemptas, ipse inquit, *excipere.* Animaduertendi vero, tertium versum, quem supra citati Virgilij, male inter punctum esse in cunctis excusis libris. Nam nisi nota collocetur post pronomen illum, anfa errandi dabitur lectori, qui putaret pollicitum esse solum Niso Ascanium clypeum, & cristas: minimè autem equum, quod si fecisset, qui animum eius incendere volebat, potius retardasset, & à fortī illo proposito reuocasset, si retento equo, rebus vilioribus eius periculōsum facinus compensare voluisse: nam clypeus, & crista illæ, res leues erant, si conferrentur cum equo, qualis verisimile est fuerit ille tam opulentī, & generosi iuuenis: præterquam quod nullum est munus, quod magis capiat animum illius ætatis. Aut igitur eum quoque polliceri debuit: aut ne ipsius quidem meminisse. Perspicitur autem magis, equum in primis polliceri Ascanum debuisse, quia cum apud Homero Dolon huiusmodi facinus aggressurus esset: obijceretque vitam suam maximo periculo, poposcit præmium illius facti equos Achillis, currumque, quo ille fortissimus heros vehebatur in prælijs. Versus poetæ his sunt, quibus Dolon fidem sibi adstrinxit Hectoris: mercedemque, quam vellet, patefecit. Lege reliqua, Victor. lib. 26. cap. I.

SCEPTRISQUE POTIRI) Æmilius Probus interdum hoc verbum potiri, cum auferendi casu coniungit: ut in Cimone, magna præda potitus: ut itē alibi: interdum cum generandi casu, ut in Lysandro, classis hostiū potitus est: & in Agesilao, Hic simulatque imperij potitus est. In Eumene vero cū accusandi casu. Etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperij potirentur. Sic M. Tull. vtrumq; casum huic verbo iungit, signendi, & auferendi scilicet: semper autem dicit, rerum, non rebus potiri. Etiam accusandi casu dixit, lib. I. Tuscul. vrbem nostrā aliquam gentē portitaram: quomodo & Lucret. loquitur lib. 3. quorum unus Homerū Sceptra potitus. Et lib. 2. Sed quia multarum potitur primordiarerum. Et lib. 4.

Vsq; adeo certe, ut videamur cernere eum, quem Reddita vitæ iam mors, & terra potita est.

Lamb. in Æmil. * Thales Milesius cūdam interrogans, quid putaret esse dulcissimum, respondit potiri. *Ea enim demum magna habent voluptatem, quanobis expedita, ac magnopere desiderata.*

----- Contra quem talia fatur

Euryalus: ME NVLLA DIES TAM FORTIBVS AVSIS
DISSIMILEM ARGVERIT. tantum fortuna secunda,
Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona
Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia Regis Acestæ.
Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunq; pericli est,
Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis

285

Ccc* 3

Dccx

contingunt. Qua antem silvo obueniunt, nō perinde delectant. Verum non insipiente Menedemus Eretricensis. Cum quidam diceret, maximū sibi dideri bonū, si quis omnium potiri queat, qua optat, respondit ille, sed longe matutus bonum est, amice, non optare, nisi quod oportet. Ponitur etham sine casu verbam potiri. Cic. ad Att. lib. 7. An cuncte, & seruantes, & q̄s me dem, qui tenent, qui possunt? In Tuscul. Secundum genus cupiditatum nec ad possundum difficile censet, nec vero ad carendum.

VIDISTI QVO TVRNVS EQVO) Iliad. 10. Hector Doloni speculatum Græcorum castra ituro, equos, & currus Achillis promittit.

CRISTASQUE RUBENTES) Nec eruditius, nec disertius quisquam egit, agerū de cristis, quam egit Lippius de Milit. Rom. lib. 3. dial. 5. ad eum te mitimus.

EXCIPIAM SORTI) Id est, extra sortem tibi dabo, nec in sortitionem prædæ mittentur, nec sortitio cuiuspiattribuentur, sed tibi extra ordinem cedent. Turneb. lib. 22. cap. 15. Adde Martial. in signum Victoriae, lib. 14.

Hoc illi sine sorte datur, cui nomina Rhenus
Vera dedit, decies ad felerna puer.

BIS SEX LECTISS. MATRV M CORP.) Sumit ab Homero etiam hoc genus doni, cuius caussam querat qui volet. Sanè libidinis tantum gratia tot fæminas donari, non sit verisimile. Sed donetur, nobis alijs moribus vivendis est. Lib. 5. cuidam victori serua datur, operum hand ignara Minerua, cui gemini erat sub vbere natu.

IN SVPER HIS) Præter hæc. Vel lege, insuper id campi.

CAMPIS QVOD HABET REX IPSE LAT.) Mos fuerat, vt viris fortibus, siue regib⁹, pro honore daretur aliqua agri particula, vt habuit Tarquinius in campo Martio, quod spatiū ab Homero rō rēverō dicitur. Hoc ergo quod Latinus pro honore de repub. habuit, ab Ascanio intelligamus esse promissum. Seruus. A Seruio dissentit German, putatq; intelligendum antiquum illum agrum, inter Laurentum, & castra Troianorum interiectum, quem Latinus lib. II. Troianis ad pacem redimendam se oblaturum in concilio procerum dicit, &c.

MEA QVEM SPAT. PROP. ÆTAS INSEQ.) Cui sum ætate vicinior: quem annis prope consequor, cui sum ferme coævus. Similis simili gaudet, etiam in ætatis verbū verum est. Gaudēt senes scribus, iuuenes iuuenib⁹, pueri pueris. Proinde sequitur te iā pectore toto Accipio, id est, toto affectu, & vt Germani dicerent, du bist mir von herten lieb. Quanquam non ætatis tantum similitudo, sed virtutis quoque præstantia, quæ iam nunc in adolescenti elucer, eum Ascanio tam chartum reddit.

NVLLA MEIS SINE TE QVÆR. GLOR. REB.) Tibull. eleg. 7. lib. I. Non sine me est tibi partus honor.

RERV M VERBORVMQUE FIDES) Et rempub. tibi committam, pacis, & belli negotia, & tecum communicabo omne consilium.

Dexter) quod nequeam lacrymas perferre parentis.
290 AT TV, ORO, SOLARE INOPEM, ET SVCCVRRE RELICTÆ:
 HANC SINE SPEM FERRE TVIS: audentior ibo
 In casus omnes. Percusa mente dederunt
 Dardanidæ lacrymas: ante omnes pulcher Iulus,
 ATQVE ANIMVM PATRIÆ STRINXIT PIETATIS IMAGO.

ME NVLLA DIES FORTIBVS) Ab hoc officio, & A
 ab hac audacia accessu temporis inferior non proba-
 bor, qualiscunq; fortuna comitetur. Seruius. Vel sic.
 Nunquam meam de hoc audaci cœpto mutabo sente-
 tiā. Quo ad vixero dabo operam ut hanc tuam expe-
 ctationem non frustrer.

TANTVM) Tantummodo hoc possum de me
 promittere, ut semper audeam, semper velim fortiter
 facere. Ergo meum est hoc promittere, siue prospera,
 siue aduersa fortuna comitetur. Nam aut disiunctiuā
 particula est, non negantis aduerbiū, quasi hand scri-
 ptum esset. Seruius. *Ex Seruiana interpretatione Versus ita
 interpungendus sit fortasse.

me nulla dies tam fortibus ausis
 Dissimilem arguerit, tantum. Fortuna secunda,
 Aut aduersa cadat,

SED TE SVPER OMNIA DONA VNVM ORO)
 Quia matre, (nec immeritō) nihil charius habet, quæ
 ipsum sola, è Sicilia etiam, præ amore nimio secuta est
 in Italiam, sola, inquam, præ matribus ceteris, quoni-
 am auelli ab eo non potuit, piè eius curam gerit, abitu-
 rūs in tantum discrimen: & sibi eius salutem, & com-
 moda omnibus donis fore potiora testatur. Notetur
 exemplum pietatis in matrem. ss

GENITRIX PRIAMI DE GENTE VETVSTA) de fa-
 milia. Et bene eam etiam ex cognatione commendat.
 Nam Ascanius nepos est Priami per Creusatam matrem.

QVAM MISERAM) quæ sic impatienter diligebat
 filium.

NON MOENIA REGIS ACESTÆ) Vide extremum
 lib. 5. Nam in Sicilia non inuito Aceste, cupiente etiam
 conditur vrbs: ibi imbellis turba Troianorum, senes,
 timidi, fœminæ, pueri relinquuntur. Vocat Acestæ
 mœnia, in illius enim potestatem hanc omnem tur-
 bam tradi iusserat Anchises, per quietem Æneam af-
 fatus. Et de eodem dicitur ibid. gaudes regno Troia-
 nus Acestes, Indicq; forum, & patribus dat iura ve-
 natis. ss

295 Tum sic affatur.

SPONDEO DIGNA TVIS INGENTIBVS OMNIA COEPTIS

Nanq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Creusæ,
 Solum defuerit: NEC PARTVM GRATIA TALEM

PARVA MANET, CASVS FACTVM QVICVNQVE SEQVETVR.

300 Per caput hoc iuro (per quod paterantè solebat.)

Quæ tibi pollicor reduci, rebusq; secundis,
 Hæc eadem matriq; tuæ, generiq; manebunt.

Sic ait illacrymans: humero simul exuitensem
 Auratum mira, quem fecerat arte Lycaon

350 Gnosius, atq; habilem vagina aptarat eburna.

Dat Niso Mnethus pellem, horrentisq; leonis
 Exuuias: galeam fidus permultat Alethes,
 Protinus armati incedunt, quos omnis eunt

HANC EGO NVNC IGNARAM) 70 ab insigni
 pietate in matrem, imitatione Homeri, qui Telemachum
 matrem insalutata ab Ithaca soluentem inducit, &
 hac cautione matrem satagentem.

Αλλ ὁμοσον μοὶ μῆτε φίλη τὰ διε μυθίσασθαι
 Πείν γέτ' ἄν εὐδεκτά τε πιναδεκτά τε γένηται
 Ή αὐτὴν ποθέσαι, καὶ ἀφορυπόθεντος αἰχνῶν,
 οὐς ἄν μὴ κλίνοσα κατὰ γέρα γελὸν ιάπτῃ.

Sic apud Calab.lib. 7. celat magna pietate matrem Dei-
 damiam Neoptolemus caussam aduentus ad se Vlyssis,
 Diomedisq; cō quidem strūctum, ut ipsum Troiæ fa-
 talem, in Græcorum castra, militiamque perducerent.
 German.

B IN QVE SALVTATAM LINQVO) tmesis. Notabis,
 salutare dicimus etiam eos, quibus valedicimus, quia sa-
 lutare nō est aliud, quæ salutē precari, q; facimus quo-
 que cū valēdīcīmus. Quid enim est bene valere, nisi sal-
 uum esse? Ergo illud vulgatum, *insalutato hospite dis-
 cedere*, non est alienum latinitati. Summa, tam abeun-
 tium, quam accedentium est salutare. Plaut. Milite.

Etiā nunc saluto te familiaris, priusquam eo.
 Conserui, conseruaq; omnes bene valete, & viuite. ss

QVOD NE QVEAM LACRYMAS PERFER. PAR.)
 Excusat, ne videatur crudelis. Vnde sequitur matris eius
 tragicus, & miserabilis ille conquestus. potuisti linquere:
 solam? Crudelis.

INOPEM) auxiliij egentem, me discedente.

HANC SINE SPEM FERRE TVI) fac me posse spe-
 rare, te non defuturum precibus meis.

ANIMVM PATRIÆ STRINX. PIET. IMAGO) Exem-
 ple Euryali auditus cepit amare patrem, etiam ante di-
 lectum. Euryalus repræsentauit charitatem erga paren-
 tes. Seruius. *Sic de Ænea libro sequenti cum Lausum à se in-
 terfectum videt pallaceo, Lausum, quæ tanta pietate patrem Me-
 zenium protexerat. Et mentem patriæ subiit pietatis imago.

Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;
310 Prosequitur votis, nec non & pulcher Iulus
ANTE ANNOS ANIMVMQVE GERENS, CVRAMQVE VIRILEM,
Multus patri portanda dabat mandata: SED AVRAE
OMNIA DISCERPVNT, ET NVBIBVS IRRITA DONANT.

S P O N D E O D I G . T V I S I N G . O M N I A C O E P T .) Q u o d - A
v i s à m e d ó n u m o p t a t o , & f e r e s . P l a u t . C i c . a d Q . F .
e p i s t . 2 . l i b . 1 . n o s t r æ c a u s æ n o n v i d e n t u r h o m i n e s d e -
f u t u r i , m i r a n d u m i n m ò d u m p r o f i t e n t u r , o f f e r u n t s e .
E s t & l i b . 1 0 . e p i s t a p u d e u n d e m , o m n i a c u i p i a m p o l -
l i c e r i .

N A M Q U E E R I T I S T A M I H I G E N I T .) T a l i a d i c t a ,
c u m i n i m i r u m a l t e r i u s p a t r e m , m a t r e m , f r a t r e m , a m i -
c u m , c o m m o d a , i n c o m m o d a , n o s t r a f o r e d i c i m u s , v e l
p r o n o s t i s h a b i t u r o s , m a g n a m h u m a n i t a t e m , a m o -
r e m , a t q u e s t u d i u m d e c l a r a n t , & s u n t p l e n a e l e g a n t i æ
a c l e p o t i s . S u p r a , v n u m & c o m m u n e p e r i c l u m , V n a s a -
l u s a m b o b u s e r i t . P l a u t . C a p t .

P o l e g o , s i a n d e a m , t e m e n u m p a t r e m n o m i n e m .

N a m s e c u n d u m p a t r e m t u e p a t r e p r o x i m u s .

V i d e p l u r a l i b . 1 2 . i b i , Q u i t e c u n g , m a n e n t i s t o c e r t a m i -
n e c a s i s , E t m e T u r n e m a n e n t .

N E C P A R T . G R A T I A T A L E M P A R V A M A N .)
D e b e r a b o m n i b u s c o l i , q u æ t a l e m g e n e r a u i t . Q u æ e -
i u s i m o d i a d o l e s c e n t e m p e p e r i t , h o n o r a n d a e s t a b o m -
n i b u s .

C A S V S F A C T V M Q V I C V N Q V E S E Q .) s i u e r e d e a s i n -
c o l u m i s , s i u e n o n . S a t i s c o n g r u e . P r æ m i a e n i m n o n d e -
b e t u r e u e n t i , s e d v o l u n t a t i , & v i r t u t i . V i d e i n f r a , Q u æ
t i b i p o l l i c e o r r e d u c i , H a c e a d e m m a t r i .

P E R C A P V T H O C I V R O) M o s v e t e r i b u s f u i t , s i
q u i d a f f i r m a t i u s d i c e r e v e l l e n t , v t p e r s u m , a c p e r i llo -
r u m e t i a m c a p u t , q u o s c h a r o s h a b e b a n t , i u s u r a n d u m
c o n c i p e n t . O u i d . d e P o n t o e l e g . 3 . l i b . 3 .

P e r m e a t e l a , f a c e s , & p e r m e a t e l a s a g i t t a s .

P e r m a t r e m i u r o , C a s a r e u m q ; c a p u t

B r i s e i s a d A c h i l l e m .

P e r q ; t u u m n o s t r u m q ; c a p u t , q u o d i u n x i m u s v n a

P e r q ; t u o s e n s e s , c o g n i t a t e l a m e l s .

A p u l . l i b . 2 . M e t a m o r p h . A d i u r o e n i m t u u m m i h i c h a -
r i l s . c a p u t , n u l l i m e p r o f u s , a c n e t i b i q u i d e m i p s i a f -
f u e r a n t i p o s s e c r e d e r e , q u o d t u q u i d q u a m i n m e a m c o -
g i t a r i s p e r n i c i e m . I u u e n a l . i t e m S a t . 6 .

M u l t a p u d i c i t i a v e t e r i s v e s t i g i a f o r s a n .

A u t a l i q u a e x t i t e r a n t , & s u b f o n e , s e d f o n e n o n d u

B a r b a t o : n o n d u m G r a c i s i n r a r e p a r a t i s

P e r c a p u t a l t e r i u s .

I l l a d . 1 5 . I u n o p e r c a p u t I o u i s i u r a t . P l u r a e x e m p l a q u i
c u p i t , a d e a t B r i s s o n . F o r m u l a r . l i b . 8 . n u m . 7 0 9 . N o n
n u n q u a m & p e r o c u l o s s u o s i u r a b a n t . B r i s s o n . i b i d e m .

P E R Q V O D P A T E R A N T E S O L E B A T) q u i a a b -
s e n s e s t A Æ n e a s . P l u r e s e x p l i c a t i o n e s v i d e a p u d S e -
r u i u m .

Q V A E T I B I P O L L I C E O R , H A C E A D . M A T R I G E -
N E R I Q V E M A N E B .) F o r t a f s i s V i r g i l i o i n m e n t e m v e n i t
i l l u s l o c i è 1 4 . P h i l i p . A t q ; e t i a m c e n s e o P . C . q u æ p r æ -
m i a m i l i t i b u s p r o m i s i m u s n o s , r e p u b . r e c u p e r a t a , t r i -
b u t u r o s , e a v i u i s v i c t o r i b u s q ; c u m u l a t e , c u m t e m p u s
v e n e r i t , p e r f o l u e n d a : q u i a u t e m e x i j s , q u i b u s i l l a p r o -
m i s s a s u n t , p r o p a t r i a o c c i d e r u n t , e o r u m p a r e n t i b u s ,
l i b e r i s , c o n i u g i b u s , f r a t r i b u s e a d e m t r i b u e n d a c e n s e o .
Q u i n & S o l o n l e g e m t u l i t d e e o r u m l i b e r i s p u b l i c e
c o l e n d i s , a t q u e i n s t i t u e n d i s , q u i p r o r e p u b . o p p e t i s -
s e n t .

H Y M E R O S I M V L E X V I T E N S E M) A n t i q u i t u s a b
h u m e r o , n o n à m e d i o c i n g u l o p e n d e b a n t e n s e s m i l i -
t i b u s . H o m e r . I l l a d . 2 . a p q ; d i o p o i o t r , &c . C i r c u m h u -
m e r o s i e c i t c l a u i s g l a d i u m a r g e n t e i s . V i r g i l . l i b . 8 . T u m -
l a t e r i , a t q ; h u m e r i s T e g e a u m s u b l i g a t e n s e m . L o r i s a u t e
l a t i o r i b u s d e p e n d e b a n t , & i d b a l t e u s , s e u b a l t e a . V i r g .
l i b . 1 2 . h u m e r o c u m a p p a r u i t i n g e n s B a l t e u s , & n o t i s f u -
l e r u m c i n g u l a b u l l i s . S i d o n . l i b . 4 . e p i s t . 2 0 . p e n d u l i e x
h u m e r o b a l t e i . S i c l i b . 1 0 . i e r g o , q u a b a l t e u s i m o S i n u a -
t u r , c o x a q ; s e d e t m u n i m e n v t r i n g . Q u i v e r s u s t a m e n i n -
d i c a t , c i n g u l u m e t i a m c o m m u n e , & q u o i n o r b e m a m -
b i n u r , b a l t e u m i t e m a p p e l l a r i , q u o d v e r u m e s t , & d e
v t r o q ; I s i d o r u s . B a l t e u s d i c i t u r n o n t a n t u m q u o c i n -
g i m u r , s e d e t i a m à q u o a r m a d e p e n d e n t . P l u r a L i p s i u s
i n A n a l e c t . l i b . 3 . d e m i l i t . R o m . a d D i a l . 3 .

L Y C A O N G N O S I V S) C r e t e n s i s . L a u s a b a r t i f i c e
v t p o c u l i E c l o g . 3 . d i u n i o p u s A l c i m e d o n t i s .

P E L L E M H O R R E N T I S L E O N E X V V I A S) E π -
τηνοις , p e l l e m , q u æ e r a n t l e o n i s e x u u i a e . E x h e r o i c o -
r u m t e m p o r u m c o n s u e t u d i n e s c r i p t u m e s t . V t e n i m
e x u u i s l e o n i s H e r c u l e m , s i c & a l i o s h e r o a s v e s t i t o s ,
a u t a l i a r u m b e s t i a r u m p e l l i b u s l e g i m u s , v t a p u d H o -
m e r . I l l a d . 2 . o s φ a l l d i a p o i o t r i e o o d o d e p u a l e -
o l o A i l o w o l o . V i r g i l i u s a u t e m , v t s i q u a m a l i u s , a n -
t i q u i t a s e m u l a t i o n e , & r e u o c a n d i s e i u s i n s t i t u t i s , &
m o r i b u s , p o e m a s u m p e r p o l i r e c u p i t . T u r n e b . l i b . 2 9 .

C cap . 2 5 .

A d i l i b . 7 . a d i l l u d , I p s e p e d e s t e g m e n t o r q u e n s i m -
m a n e l e o n i s . Q u i b u s l i c e t h a c a d d a s A p o l l o n . l i b . 1 .
Δ e p u a d i o p i e r a e s i o n e s i o p o i e r e i e x e t o p u s . V b i
s c h o l i a s t . o u n i t e r t o i s i p o i e r i d e p u a l o g o p e r i . T y d e u s a -
p u d S t a t i u m a p r i p e l l e a m i c i t u r .

T e r r i b i l e s c o n t r a s e t i e , a c d e n t e r e c u r u o
T y d e a p e r l a t o s h u m e r o s a m b i r e l a b o r a n t
E x u u i a .

P o r r d l e o n i n u m s p o l i u m v i r t u t i s e s t h e r o g l y p h i c u m ,
v t o b s e r u a t i n L e o n e P i e r i u s , e a q u e d e c a u s a d i c a t u m
H e r c u l i , q u e i m p r o v i r t u t e v e t e r e s p o s u e r e . Q u a r e D i o -
g e n e s q u e n d a m m o l l i o r e m , e o o r n a t u s i b i c o m p l a c e n -
t e m c o n s p i c a t u s , e x c l a m a u i t : c u r t u v i r t u t i s i n d u m e n t u
v i t u p e r a s ? Q u i n & e q u u m i n s t r a t u m l e o n i n a p e l l e a b
E u a n d r o a c c i p i t A Æ n e a s l i b . 8 . a d f i n e m .

D u c u n t e x o r t e m A Æ n e a , q u e m f u l u a l e o n i s
P e l l i s o b i t t o t u m , p r e f u l g e n s v n g u i b u s a u r e i s
E t P a r t h e n o p e i e q u u s a p u d S t a t i u m . C o r n i p e d e m t r e -
p i d o s f u c t u m p r a e u e r t e c e r u o s V e l a t u m g e m i n a d e c i e t u
l y n c i s . T o t u m v e r o l o c u m a b H o m e r o e x p r e s s u m o -
s t e n d i t V r s i n . q u e m c o n s u l e .

A N T E A N N O S A N I M G E R E N S , C V R A M Q V E
V I R .) V i d e t u r h i c p o e t a , v t p a s s i m , a p e x e i a , & s t u d i s
I u l i æ f a m i l i æ , i n p e r s o n a I u l i a d A u g u s t u m a l l u d e r e , e i q ;
a s s e n t a r i , q u i , v t r e f e r t C i c . P h i l i p . 5 . D i o l i b . 4 6 . S u e -
t o n . c a p . 2 6 . S o l u t u s R o m a n i s l e g i b u s , r e f e r e n t e C i c .
æ t a t i s p r i u l e g i o , p r i m a a d o l e s c e n t i a c o n s u l a t u m g e -
s t i t . I t a q u e & i n E c l o g . H i c i l l u m v i d i i u u e n e m . M e -
l i b a e , q u o t a n n i s , &c . & i n f r a l i b r . s e q u e n t e . N u m
p u e r o s u m m a b e l l i , n u m c r e d e r e m u r o s ? N a m q u a -
m u i s s u m m a i m p e r i j p o t e s t a s a b A Æ n e a p u e r o A s c a n i o
d e m a n d a .

demandata coarguatur, & à maleuola dea obijciatur A
Veneri, quæ restamē feliciter vertit, gloriam Ascanij,
fortunamq; firmare videtur. German.

Sententia à Pindaro prius prolata in Pythicis, eis.
ειδ. πρέσσοντα μὲν ἀληκίας γενον τέρπεται. Sophocles Troilū
ἀνδεξπάσα his versibus, qui apud Pindari Scholia sten.
in Pythicis leguntur.

Tὸν ἀνδεξπάσα λεσπότην ἀπώλεσα,
Παῖδα μὲν τῇ οὐλακᾳ, ἀνδεξ μὲ τῷ φεγύματι.

Virgin. * Eft autem ἀνδεξπάσα puer quidem etate, sed vir iudicio,
εὶς prudentia. Non etate, verum ingenio adipiscitur, sapientia,
inquit Plaut. Trinum. Cani autem sunt sensus hominis, εὶς etate se-
mestris vita immaculata. Item, puer centum annorum morietur.
Hec ex diuinis monumentis. Virtusq; sapientia celerior cursus
est, quam etatis. Anthol. lib. I. Tit. eis γῆρας, καὶ ριψος, εἰργά-
ματι, Φύλων, hac sententia. Cani, si adsit mens, siue prudentia
εὶς intelligentia, sunt venerabiliores. Nam si ea defit, tum magis
longam etatem dedecorant: nulli prorsus sunt honoris: sed potius
infamie.

Ai σολικὶ σὺν νῷ γερμάτερευ, ai γῷ ἀτρητῷ
Μᾶλλον τὸν πολλῶν εἰσὶν ὄντες τὸν τὸν.
Addetis dictum Seneca de Tranquillit. animi, cap. 3. Nihil turpissimum
quam grandis natus senex, qui nullum aliud habet argumentum
quo probet se dum vixisse, preter etatem.

SED AVRAE OMNIA DISCER.) Promissa,
& mandata, quæ exitum non habent, poetæ dicere
cōsueuerunt à ventis discerpi, vel tota ipsis tradi ab illis,
qui fidem violant, nec ullam in partem ipsa seruant, &
vt Græci, ita etiam Latini, sic certè Catull. locutus est,
cum inquit. Quæ cuncta aëri discerpunt irrita venti. Et C Id quod si falsum est, auræ differant.
in codem carmine.

315 Egressi superant fossas, noctisq; per umbram
Castra inimica petunt: multis tamen ante futuri
Exitio. passim vino, somnoq; per herbam
Corpora fusa vident, arrestos littore currus:
Inter lora, rotasq; viros, simul arma iacere,
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus.

320 Euryale AVDENDVM DEXTRA: NVNC IPSA VOCAT RES.
Hâc iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longè.

Hâc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.

325 Sic memorat, vocemq; premit: simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Exstructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, Regi Turno gratissimus augur:

SED NON AVGVRIO POTVIT DEPELLERE PESTEM.

Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes,

330 Armigerumq; Remi premit, aurigamq; sub ipsis
Nactus equis, ferroq; fecat pendentia colla.

Tum caput ipsis aufert domino, truncumq; relinquit,
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruxore

Terra, toriq; madent. nec non Lamyrumq; Lamumq;;

335 Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte

Luserat, insignis facie, MVLTOQE IACEBAT

MEMBRA DEO VICTVS. felix, si protinus illum

Æquasset noctiludum, in lucemq; tulisset.

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans

Immorum at iuuenis fugiens pellit vadare remis,

Irrita vento salinque promissa procella.

Eodem pacto Euripid. in Troadibus.

Ἄργει διείδη, καὶ φρυγῶν ἐπαυτοῖς

Αὐτοῖς φέρεται ταῦτα μάστιχα.

Id est, nō curo, & citò extingui, dissipariq; volo. Nō tan-
tum promissa, & mandata, verum etiam vota, & gau-
dia, vt declarant hæc Virgilij loca, reducem ut patria al-
ta videret Non dedit, inq. Notos vocē vertere procella. Et
de Turno, nec ferre videt suagaudia ventos. Victor. lib.
30. cap. 8.

Modus hic loquendi, tradere auris, ventis, & si-
miles, aut obliuionem, & negligentiam rei, aut spes
B frustratas significant. Virg. voti succedere partem Men-
te dedit, partem volucres dispergit in auras. Horat. Ode
26. lib. I. tristitiam, & metus Tradam proteruis in mare
Crecicum Portare venis. Ouid.

Cunctane in aquoreos abierunt irrita ventos?

Cunctane lethais mersa feruntur aquis?

Idem.

Quæ tibi sunt facienda tamen cognosce, nec Euris
Damea, nec trepidis verbaverenda Notis.

Catull. ad Ornatum.

Ne tua dicta vagis nequidquam credita ventis

Effluxisse meo forti putes animo.

Nazianzenus σπλαστεύει. I. καὶ εἰ μὲν Τευδές, αὐτοὶ φέρονται

340 (Suadet enim vesana fames) manditq; , trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu: fremit ore cruento.

E G R E S S I S V P E R A N T F O S S A S) De fossa A
ac vallo castrorum differit Lipsius de Militia libro 5.
dial. 5.

C A S T R A I N I M I C A P E T V N T) Non tantum hostilia,
sed etiam perniciosa : nam cum dolore dictum inimi-
ca, vnde scilicet reddituri non erant, quod ex sequenti-
bus comprobatur. Dicendo enim, *multis tamen antefun-
turi Exitio*, ostendit perniciosa esse castra, quæ ipsi
mortem fuerant allatura. Scruius.

P A S S I M V I N . S O M . P E R H E R B A M C O R P . F V S A)
Confer locum Homeri de Ulyssæ, & Diomede specula-
toribus in castris Trojanorum. Est autem Iliad. x. 78 dñe
βάτνιον περίπολον, &c. Passim dixit, non more dormientium,
cum ordinatione aliqua, sed vbi quisque ebrietate B
superatus conciderat: non stratos iacere, sed per herbā,
ut non iam dormientium, sed mortuorum funera puta-
rentur. Donatus.

Ἐργαζόμενοι καὶ μεσύνορτες à Polybio in 6.lib.histor.vocatis sunt milites, qui securi animo, & sine vlo metu ho-
stium dormientes oppressi sunt ab aduersariis, & occa-
sionem illis dederunt rei bene gerendæ: quales etiam
inuenisse Latinos, castra Trojanorū obsidentes, Nisus
& Euryalum hoc loco Virgil. commemorat. Sed suprà
etiam Nisu s ipse ad Euryalum.

Cernis qua Rutulos habeat fiducia rerum:
Luminarara micant: somno, vinoq; sepulti
Procubuere.

Quod verò priore exemplo poeta vocavit *corpora fusa*,
cum strata illa esse significare vellet, & vt historicus sua
lingua dixit, ἐργαζόμενος, quod latinum verbum propriè
deaqua, & omni humore, cum contigit id, usurpari so-
let, imitatus est in hoc Homerum, ipse enim quoque
cum Cærano Merionis auriga, interfetto ab Hectore,
commemorat habenas, quas ille ante a tenebat, humili
sparsas fuisse, inquit, τάδε, ηνία καὶ εξέζετε. Victor. lib.35.
cap. 17.

Locus hic de Rutulis omni metu, curaque solu-
tis, redigit mihi in memoriam, quod est apud Velleium
libr. 2. Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil ti-
met, & frequentissimum initium calamitatis, securitas. D
Quomodo Cyrus fuga simulara, reuersus Scythes vi-
no oneratos, securosque in castris oppresserit, narrat
Iustin. lib. 1. Manauit autem Virgilianum carmen è ve-
na Enniannam ille Annali 12. somnu' repente In campo
passim mollissimu' percult acres. 32

A R R E C T O S L I T T O R E C V R R V S) Non, vt so-
let belli tempore, currus paratos habentes ad signum,
ait Seruius. Neglectæ excubiae, & corrupta rei milita-
ris disciplina, rem verisimilem reddunt. Alioqui incre-
dibile videri poterat, duos adolescentes tantam istra-
gem edere potuisse.

I N T E R L O R A , R O T A S Q V E V I R O S S I M V L) Nulla
specierum discretio apparebat. Confuderat ebrietas, E
qua solet sobriorum loettia separare.

V I N A S I M V L) vasa vinaria, pocula, contentum pro
continente.

A U D E N D V M D E X T R A) Audere debet manus, quod
opportuna monstrat occasio.

N V N C I P S A V O C A T R E S) hortatur nos oc-
casio.

H A C I T E R E S T) aperienda est per neces hostium
via, atque ista parte pergendum.

T V N E Q V A M A N V S S E) Constituti inter eos
erant, quos ad mortuorum vicem strauerat somnus, &
vinum. Tamen prouidus fuit Nisus, ne quis à tergo ad-
ueniens, imprudentes inuaderet. Ego, inquit, aperi-
am perfectis cædibus viam, tu prouide, & longius re-
spice, ne à tergo opprimamur incauti. Haec tenus ferè
Donatus.

R H A M N E T E M A G G R E D I T V R) Gaudet poemati suo
Latina intexere nomina Virgilius. Propter enim equi-
tes Rhamnenses, hic Rhamnetis nomen finxit. Sed &
Homeri imitatione Rhænes in tapetibus dormit. Mox
Rhemum in poemate ponit, quod nomē finxit de no-
mine Remi, qui frater conditoris Romæ fuit: sed &
Lamum, à quo Lamiarum familia, ut apud Horat. Ode
17. lib.3. Αἴλι νευστον nobilis ab Lamō. Lamus etiam, ut
Hesychius scribit, regio erat Læstrygonum, & indigena
heros, à quo regio nominata. Etiam Fadium ob Fadio-
rum familiam posuisse videtur, & Cædicum ob Cædi-
cios, Serranum ob Serranos, Numam, & Numanum ob
Numam regem, & Numanos. Salmonum verò ob vr-
bis Italicae nomen, Sulmonem puta: ut & Priuernum
ob vrbem cognominem. Capyn ob Capuam, Equicolum
ab Æquicolis populis. Turneb. lib.22. cap.15.

T O T O P R O F L A B A T P E C T O R E S O M N V M)
Quod ait de Rhamnete, eum toto pectori somnum
proflare, cum suprà vniuersè de Rutulis dixerit, passim
C somno, vinoq; per herbam fusa corpora iacuisse, haud
dubie de quiete minimè tacita, sed ronchos egregie tra-
hente, stertenteque accipiendum est. Quem soporem
Cælius Aurelianus medicus (vt docet Mercurial. Var-
riar. lib.1. cap.10.) elegantissime sorbilem nuncupauit,
in quo videlicet maximus stertor efficitur. Qui, quod
sorbitonis clarissimam imaginem præbeat, præter sensu-
s fidem etiam Plautinus ille Lucrio in Militis fabula
manifestum fecit, qui interrogatus à Palæstrione, quid
Scelerus ageret, sic cum eo sermonem habet L. sorbet
dormiens. P. quid sorbet? L. illud stertit volui dicere:
sed quia consimile est quid stertas, quasi sorbeas.

S E D N O N A V G . P O T . D E P E L L . P E S T .) Augurium ab
auspicio differt, quamvis vtrumq; ab auibus deductum
sit. Illud enim ab auium gestu, siue garitu: hoc ab ea-
rum inspectione tantum captabatur. Nonius ait, his in-
tellectibus discerni, quod auspicium sit auium inspec-
tio, & quod ex volatu auium significatur, & vocibus:
augurium autem rerum omnium coniecturas, pruden-
ter, ac diligenter amplectatur.

Pestis, vt aliás crebrō, est mors, & exitium. Home-
riversus est, vnde suum fecit Maro. ἀλλ' ἦν οἰανοῖσιν ἐργά-
στητο μῆνες πέντε περιπολούσιον. Et Xenoph. ἐπει τοις οἰ μάρτιοις λέγον-
ται δῆτα ἄλλους μὲν περιπολούσιον τὸ μέλλον, ἔαυτοῖς δὲ μὴ
περιπολοῦ τὸ ἐπιτίθεντο. German. qui & eiusdem sententia ver-
sus è duobus Apollonij locis profert.

S V B I P S I S E Q V I S) inter ipsos equos.
P E N D E T I A C O L L A) quasi ebriorum.

T R V N C V M Q V E R E L I N Q V I T) libr. 2. iacet ingens
littore truncus.

S A N G V I N E S I N G V I L T A N T E M) palpitanrem in san-
guine suo.

T E P E F . C R V O R E T R E R R A , T O R I Q V E M A D .)
Sic alibi hastam ait tepefactam traiecto cerebro. Naso,
& Horatius hunc colorem imitati sunt. Hic ita. In pa-
tris ingulo ferrum tepefecit acutum. Ille sic. Sanguine
Tlepole.

Tlepolemus Lyciam tepeficerat hastam. Ecce ergo, vt A poetæ ex notissima croris natura, qui quidem, cum ex venis animantum fluit, calidus fluit, poeticos hos di- cendi colores traxerunt, ut vulnerato aliquo, terram eo profluere tepefieri, & ferrum seu hastam, aut tale quod in vulnere tepefactum dicant. At verò historicus satis habuisset, in ingenti cæde facta, abundè profusi san- guinis copiam enarrare, nullo croris epitheto apposi- to. Erythræus.

ILLA QVI PLVR. NOCTE LVSERAT.) Qui in mul- tam noctem lusserat.

IACEBAT MVL. MEMB. DEO VICTVS) Simili pæne modo de Sileno temulento Eclog. 6.

Silenum pueri somno videre iacentem,,
Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

Dat nobis hic occasionem poeta dicēdi aliquid aduersus ebrietatem, & vinolentiam. Dicemus autem ex. D. Chrysostomo de malis, quæ cōciliat ebrietas. Ille igitur Homil. super illud Apost. Vino modico vtere. *Quid enim ebrietate miserabilius? Mortuus est animatus ebrius: demon est voluntarius: morbus veniam non habens: ruina excusatione carens: commune generis nostri oppro- brium.* Non enim in conuentibus tantum inutilis ebrius, aut in priuatis, & publicis negotiis, sed etiam solo est aspe- ctu omnium grauiissimus, fœtores exhalant eterrimos, eructationes, & oscitationes, & voces ebriorum insuaves, atque molestæ, eos qui spectant, & simul sunt, extrema abo- minationis implent. Haec tenus ille. De bibonibus, co- medonibus, ventrisque mancipiis scitè dictum à Philone, lib. de sacerdotum honoribus. *Venter nihil est aliud, quam præsepe bruta concupiscentie: que potationibus riga- tur, & ingluvie, inundatur aliis post alios cibi, potuq; de- liciis, suis more gaudes in cœni volutabro degere.* Proinde locus excrementis dicatus conuenientissimus est illi turpi, & intemperanti pecudi.

- Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumq; Hebesumq; subit, Rhoetumq; Abarimq;
345 Ignaros: Rhoetum vigilantem, & cuncta videntem:
Sed magnum metuens se post cratera tegebat.
Pectore in aduerso totum cui cominus ensem
Condidit assurgentî, & multa morte recepit.
PVRPVREAM VOMIT ILLE ANIMAM: & cum sanguinemista
350 Vina refert moriens. Hic furto feruidus instat.
Iamq; ad Messapi socios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breuiter cum talia Nisus
(Sensit enim nimia cæde, atq; cupidine ferri)
355 Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
POENARVM EXHAVSTVM SATIS EST: via facta per hostes.

INCENSUS ET IPSE PERFVRIT) exemplo Nisi in- flammatus.

MVL TAM IN MED. SINE NOM. PLEB.) Bene expref- fit, & bellatoris peritiam, & tyronis incōsideratam au- ditatem. Nam Nisus reges interimit, Euryalus sauit in plebem. Sallust. Et insolentia auditus malefaciendi. Sine nomine autem, id est, sine gloria, quorum per humili- tatem non sunt omnibus nota nomina. Seruius. * pleb- sine nomine, est vulgus ignobile, milites gregari, quorum ideo nul-

Si PROTINVS ILLVM AEQ. NOCTI LVD.) si ludendo perrexisset, si continua set ludum usque ad diluculum, sicut poeta subdit, in lucemq; tulisse.

IMPASTVS CEV PLENA LEO) Apparet Virgilium, cum fecit Nisum, & Euryalum per media castra hostiū transeuntes magiam cædem fecisse, imitatum fuisse. Homerum: vñus est enim etiam eadem collatione, rei collustrandæ cauſa, qua vñus antea fuerat eo loco prin- ceps poetarum. Cum enim ostendere vellet Homerus, & quasi ante oculos eorum, qui legerent, constitueret impetum Diomedis in Thraces, inquit.

Ω's δε λέων μήλοισιν ασημάντοισιν ἐπελθών
Αἴγαστιν, οὐδὲσσι κακὴ φευγέων ἴνοεύση

B Ω's μὲν δηνίας ἀνδρας ἐπώχετο τυδεῖς γένεσι.
Victor. lib. 27. cap. 16. * Scum pecoris hostem vocat leonem Catullus, congruenter & tunc Virgilianis verbis. Traxit hanc simi- litud. à Virgilio Silius lib. 2, cum Saguntum captam describit.

Ceū stimulante fame, cum victor ouilia tandem
Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
Ore tremens imbellè pecus, patuloque redundat
Guttura ruclatus large crux, incubat altis
Semelæ stragis cumulis, aut murmure anhelo
Infrendens, laceros inter spatiatur aceruos,
Latè fusa iacent, pecudes, custosque molossus,
Pastorumque cohors, stabulique, gregisque magister,
Totaque vastatis disiecta mapalia lectis.

S VAD ET ENIM VESANA FAMES) quos im- proba ventris Exegit cacosrabies, dixit. 2. Æneid de lupis esurientibus.

MOLLE PECVS) Et pelle, & lana, & carnibus, & vi- ribus molle pecus ouis. Horatius Ode 2. Epod. Aut ton- det infirmas ones.

MVLTVM QVE METV) Sic lib. 12. stat pecus omnem e- tu mutum. Lucret. lib. 1. de Iphigenia immolanda. Mu- ta metu terram, genibus, summissa petebat. * Αλογα di- cuntur Gracis bruta animalia, quod ratione carent non quod ser- mone: quemadmodum necesse erit eos dicere, qui partem rationis ei dem evidentur tribuere, quamquam male, & impie.

D lum insigne nomen, quia nullum insigne factum, unde women, suis notitia venit. avvñus appellat Homerus.

IGNAROS) ad omnes pertinet, excepto Rhoe- to, qui solus occisus est sciens, & conspiciens vniuersa. Donatus.

MAGNV M ET SE POST CRATERA TEG.) Dema- gno, & vasto quadam cratera, quem sublatum The- feus in Eurytum centaurum iecit, in nuptiis Pirithoi, vide Metamorph. lib. 12

MULTA MORTE RECEPIT) cum multo morientis A
cruore gladium recepit, eduxit è vulnere.

PVRPVREAM VOMIT ANIM.) Iuxta illos, qui ani-
mam dicunt esse sanguinem. Vide Cæl. Rhodigin. lib.
8. cap. II.

CVM SANG. MISTO VINA REFERT MORIENS)
Stat. 5. Thebaid. *īugulicq; modo torrentis apertis Sangui-*
ne commixto redeuntem in pocula Bacchum. Vide lib. 2.
Aeneid. de cæde Polite. Concidit, ac multò vitam cum-
sanguine fudit. *Vina*, que paulò antè ingurgitauerat.
* Versum, Purpuream vomit ille animam, *& prius dimidium se-*
quentis sic lsb. iam iam nominato imitatus est Naso. Sanguinis il-
leglobos pariter, cerebrumq; merumq; Vulnera, & ore vomens.

HIC FVRTO FERVID. INSTAT) Hic tanto ma-
gis perficiendis cædibus operam dabant, quanto videbat
occasione multiplicem suffragari. *Furto*, quia saeuebat
latenter nocturno prælio: furtiuas cœdes persequitur.
Donatus.

RELIGATOS RITE) Non solutos, sed diligen-
ter ligatos: vnde addit, ritè, id est, ex militari consuetu-
dine optimè ligatos Seruius.

ABSI STAMVS, LVX INIMICA PRO PINQVAT) Rece-
dendum est, inquit, cum lux proxima sit, quæ nos ho-
stibus posset prodere. Nec immerito dixit inimicam
lucem. Si enim tenebrae profuerunt, ut gloria cœpta
perficerentur, procul dubio obfutura fuerat lux, quæ
nihil relinquit occultum. Recedendum igitur suade-
bat Nisus. Donatus. Homer. Iliad. u. ἀλλ' οὐει, μάλα γὰς
νῦξ ἄνεται, ἐγγύδη δὲ νᾶς.

POENARVM EXHASTVM SATIS EST) Bene ex-
haustum, vt eos ostendat audios cædis fuisse, & croris
humani.

VIA FACTA PER HOSTES) Dicere Euryalus potuit,
occasione talem non esse perdendam, qua hostes in
maiori numero possent trucidari. Hoc ne diceretur,
prior Nisus occurrit. Ad statum rei satis abundare, quod
factum videbatur. Transitus, inquit, nobis per hostes
fuerat necessarius, factus est, quid amplius querimus?
Et considerandum est hoc tempore, non quid amplius
infligi debeat, sed quemadmodū usque ad ipsum Aene-
am suscepsum instruatur officium, ne lux ingruens pro-
dat, quos tenebrae tegunt. Donatus.

Multa virūm solido argento perfecta relinquunt

Armaq;, craterasq; simul, pulchrosq; tapetas.

Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis

360 Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona, hospitio cùm iungeret absens,
Cædicus. ille suo moriens dat habere nepoti,
Post mortem bello Rutuli, prædaq; potiti.

Hæc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat:
365 Tum galeam Messapi habilem, cristijsq; decoram
Induit. excedunt castris, & tuta capessunt.

Interea præmissi equites ex vrbe Latina,
Cætera dum legio campis instructa moratur,

Ibant, & Turno regi responsa ferebant,

370 Ter centum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamq; propinquabant castris, muroq; subibant:
Cùm procul hos læuo fletentes limite cernunt:
Et galea Euryalam sublustri noctis in umbra

Prodidit immemorem, radiisq; aduersa refulsit.

375 Haud temere est visum (conclamat ab agmine Volscens)
State viri: quæ causa viæ? quiue estis in armis?
Quoue tenetis iter? nihil illi tendere contrâ,
Sed celerare fugam in sylias, & fidere nocti.
Obiiciunt equites lese ad diuortia nota

380 Hinc, atq; hinc, omnemq; aditum custode coronant.

PHALERAS RHAMNETIS) In donis militari-
bus fuerunt etiam phaleræ. Silius inter dona Scipionis
libr. 15.

—phaleris hic pectora fulget,
Hectorque aurato circundat bellica colla.

Iuuenal. sat. vlt. Ut leti phaleris omnes, & torquibus om-
nes. Et distinguit vterque à torquibus, sicut & Diony-
sius lib. 10. in Sicci donis discretè posuit, τεττῆς, καὶ
τὰ φάλερα: torques, & phaleras. Phaleræ demissæ ad
pectus pendebant, torques stringebant magis, & ambi-

bant ipsum collum. Diversitas etiam in forma, quod il-
læ planiores, & magis iacentes: isti contorti (vox la-
tina, & græca indicat) & ex annulis, aut catellis plexi. An
non iphi quæ catellæ? In Litio est. lib. 39. C. Calpur-
nium donasse equites suos phaleris. Quintum alterum
Prætorem, suos catellis, ac fibulis. Postponit catellas
phaleris, & minoris habet: quia, quod ex narratione
videas, minus laudabilis opera Quintianorum. Idem
iudicium de torque, si tamen est idem. Hæc Lipsius Mi-
lit. lib. 5. dial. 17.

AUREA BULLIS CINGVLA) Bullæ hic sunt, A quas Germani vocant *spangen*. Bulla aurea, insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebant eis à pectore, ut significaretur eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta enim est à græco sermone βέλη, quod consilium dicitur latinè: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium. Festus.

Balteum, seu cingulum illud, ex quo gladium suspendebant, veteres singulariter ornabant, eoque velut militia præcipuo insigni superbiebant. Bullis honestari cingula plerumque solent ex argento, auro, interdum & gemmis. Inde Varro balteum format, quod cingulum habeat è corio bullatum. Virgil. de Pallantiis B cingulo, *notis fulserunt cingula bullis*, Bullæ autem si *z* quid fuerint, Isidor. docet. Bullæ, inquit, quod similes sint rotunditate bullis. Livius de Samnitibus, auratae vaginæ, aurata baltea illis erant. Auson. *aurata fulgentia cingula bullis*. Trebell. Pollio. Cum cingula sua plerique militantium ponerent hora conuiuij, Soloninus puer his auratos, constellatosque balteos rapuisse perhibetur. Vbi constellatos accipere possumus, stellarum, aut stellarum in modum lineis decussatis sparsos. De gemmatis balteis apud eundem in Galieno. Gemmato balteo est vsus: Claudio. de Parthis. *Parthia quæ tantis variantur cingula gemmis Regales iunctura finis*. Adi Lipsij Analect. ad lib. 3. de Militia Rom. dial. 3. & C Steuechium ad cap. 3. lib. 2. Vegetij.

QVÆ MITTIT DONA, HOSPITO) Consuetudo erat apud maiores, ut inter se homines hospitij iura mutuis muneribus copularent, vel coram, vel per internuntios. Sensus ergo nunc talis est. Cædicus quidam Remulo, quum eum sibi absens vellet hospitio iungere, misit phaleras, & cingula bullis aureis, hoc est, clavis insignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini hæc reliquit: qui postea vietus à Rutulis est, & occisus: post eius mortem apud Rhamnetem Rutulum reperta sunt hæc munera. Seruius.

TVM GALEAM MESSAPI HAB.) Non occisi Messapi abstulit galeam: nam pugnaturus est paulò D pòst: sed inuenit iacentem, & sustulit. *Habilem autem, id est, aptam & conuenientem, sic supra lib. 1. humeris de more habilem suspenderat arcum.*

PRÆMISSI EQVITES EXVRBE LATINA) Non est contrarium illi loco, ubi ait *Sepit se tectus, rerumque reliquit habenas*, quod modò à Latina vrbe venire auxilia commemorat. Intelligimus enim Latinum in principio discordia, & tumultus paululum se abstinuisse: postea tamen nec suorum copias, nec propria denegasse consilia. Nam eum & coetui, & fœderibus interfuisse dicturus est. Seruius.

Et quoniam primo loco dicit. *pramissi*, hoc primùm exponamus. Veniebant enim equites, veniebant pedites. Ex vtroque cum constat exercitus, non potest vno duci itinere, quia humani gressus generi equino comparari non possunt. Ne igitur per armatos pedites, perindeque oneratos tardarentur, equites primi erant præmissi simul: illi verò (pedites) instructis ordinibus sequebantur ex yrbe Latina. Donatus.

CÆTERA DVM LEGIO CAMP. INSTRVCTA MOR.) Propriè. nam legiones peditum sunt, turmæ verò equitum. Seruius.

Vniuersus enim exercitus Roman. in duas partes fuit diuisus, legiones, & auxilia. Legio certa peditum, equitumque manus fuit, Varrone, & Plutarcho auctoriis, à delectu fortissimorum militum appellata. Plutarchi verba sunt. Εὐλόγη λεγεών τῷ λογάδῳ εἰρατὲ μαχίμους ἐν πάντων. Vocata est legio, quod lecti ex omnibus essent militares. Ea verò iam inde à Romulo rege instituta est trium millium peditum, & trecentorum equitum. Ex singulis enim tribubus mille conscripti sunt pedites, & centeni equites. [*Hic fuit equatus, qui in singulas legiones dabatur: sollemnis, inquam, hic equitum numerus, teste Polybio: rufum appellat Livius: Decret., inquit, duæ legiones, cum suo iusto equitatu. Hac Lipsius de Milit. Rom. lib. 2. dial. 6.*] Vtautem pedites in cohortes, equites in turmas distributi, sic cohortes in manipulos, turmæ in decurias, manipuli in centurias. Quoniam autem legionem à Romulo acceptis in ciuitatem Sabinis auctam scribit cum Dionysio Plutarchus, propterea eandem etiam à Romulo ad quatuor peditum millia redactam existimauerim. Quæ inde quadrata legio dicta est, auctore Festo. Subsequentibus verò temporibus pro vsu reipub. & senatus arbitrio variatum, ut legio modò quatuor, modò sex millium peditum, itemque modò ducentorum, modò trecentorum equitum scriberetur, &c. Lege Vegetum lib. 2. cap. 1. Quid inter legiones, & auxilia intersit, idem cap. 2. ibid. Steuechius. Lege Sigan. de antiqu. iure Ciuium Rom. lib. 1. cap. 15. Lipsum Milit. lib. 2. dial. 5. In Analectis autem eiusdem dialogi varia nomina legionis græca, & latina producit in medium, σερπετον, σερπετα, δέμα, τάξις, τέλος, τεῖχος, numeri, ordines, virtutes.

SCVTATI OMNES.) Non clypeati, nam clypei peditum sunt, scuta vero equitum. Seruius.

GALEA FVRYAL. SVBLVST. NOCTIS) Sublustris nox est, habens aliquid lucis. Horat. *Nocte sublustrinib[us] astra prater vidit.* libr. 9. Luna sub luce maligna. ἀμφιλύκη Græci. Attulit hæc Niso, & Euryalo ex aduerso euentus exoriens, ut ea hora illi egredierentur è castris Rutulorum, qua venientes hostes prope ingressum fuerunt. Attulit & incuria Euryali malum, qui fulgorem galeæ non abscondit. Seruius. Donatus.

QVÆ CAVSSA VIÆ, QVIVE ESTIS) Triplex interrogatio. Quod secundo loco quæritur, ordine, & natura rerum primum est, primumque interrogari debuit, qui sint. Deinde quod tenderent: postremo qua de causa. Sed huiusmodi ordo negligitur à poetis. §§

NIHIL ILLI TEND. CONTRA) Obmutuerunt, nihil contra responderunt. Tendo contra sermonem tuum, id est, tibi respondeo. Seruius.

CELERARE FVGAM IN SYL. ET FIDERE NOCTI) Nutriebat fugientium spem qualitas loci, & noctis opportunum tempus, quæ ipsa in contrarium versa sunt. Donat.

OBIICIVNT EQVIT. SESE AD DIVORT.) Potuerunt inter initia existimari fuisse de numero Rutulorum. Sed cum Volscenti nihil respondeatur, intellectum est, hostes esse portius, quam socios. Proinde notitia locorum instructi clauerunt custodibus sylvam, & omnia loca, per quæ euadi potuisset, tenuerunt. Donatus.

Diuortia, illætorâ, vnde in diuersa via defleuntur. Non enim in coniugio tantum valet hæc vox, cum generatim rerum omnium separationem significet, vt habet Nonius, hunc locum laudans. Isid. lib. 15. cap. 16. Diuortia sunt flexus viarum, hoc est, viae in diuersa tendentes: eadem diuerticula sunt, hoc est, diuersæ, ac diuisæ viae: sive semitæ transuersæ, quæ sunt alteræ viae.

A ipsis iugis ad diuortia aquarum castra posuisse. Et Cic. lib. 2. ad famil. Qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortijs. Idem 2. de Orat. Sic ex communi sapientum iugo sunt doctrinarum facta diuortia.

ADITVM CVSTOD. CORON.) Sinceror lectio, abitum, quam aditum: cingunt enim syluam, ne habeant, vnde abire possint. Seruius. Plin. quoque hanc vocem ad aquas transtulit: & prope

- Sylua fuit latè dumis, atq; ilice nigra
Horrida, quam densi complerant vndiq; sentes:
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq; præda
385 Impediunt: fallitq; timor regione viarum.
Nilus abit: iamq; imprudens euaserat hostes,
Atq; locos, qui post Albæ de nomine dicti
Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum,
390 Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quâue sequar: rursus perplexum iter omne reuoluens
Fallacis syluæ, simul & vestigia retro
Obseruata legit, dumisq; silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
395 Neclongum in medio tempus, cum clamor ad aures
Peruenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
Fraude loci, & noctis, subito turbante tumultu,
Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis
400 Eripere? an se se medios moriturus in hostes
Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem?

SYLVA FUIT LATE DVMIS) Sylua occupata fuit B ficit ex Græco: cui nos etiam præpositionem adiiciimus, cum dicimus, perplexa. Terent. Eunicho *Perugin' scœlestæ perplexæ loqui?* Verbum perplexabile est apud Plautum.

AVDIT EQVOS, AVDIT STREPITVS) Tantum inter ipsum, & hostes supererat spatij, vt ad eius aures equorum strepitus, & sequentium hostium signa peruenirent. Donatus.

NEC LONGVM IN MEDIO TEMPVS) inter audi-
tum sonitum, & visum Euryalum.

CVM CLAMOR AD AVRES) clamor de capto Eu-
ryalo.

FRAUDE LOCI, ET NOCTIS) Suprà dixit, C fallacem syluam. Est Euryali capti defensio, nc per inertiam videatur factus esse captiuvus. Donatus.

CONANTEM PLVR. FRVSTRA) In ipsis tamen angustijs non sibi defuit: conatus est quippe multa pro se: sed contra tot difficultates obtinere non valuit. Donatus.

QVID FACIAT? QVA VI) Deliberatio Nisi, seruet amicum pugnando, an, quia contra tantam multitudinem nihil profecturus videbatur, occubat cum amico, & quidem pulchro genere mortis: pulchrum enim est mori pro amicis.

PROPERET MORTEM) Mori properet, multis Rutu-
lorum confessis vulnerib; Est autem frequens usus verbi
appero, in voce agéte. Hor. Ode. 22. Ep. *Muricibus Tyria*

*iterata vellere lana Cui properabantur, id est, properè, & A properè cudent. Propert. Quod si forte tibi properas
summo studio texebantur. Virgil. Georg. 4. Ac velu- rint fata quietem. Plura Lamb. ad Odam 6. lib. 2.
tis lentis cyclopes fulmina mafis Cum properant, id est,*

- Ocyus adducto torquens hostile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur.
Tu Dea, tu præfens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.
405 Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
Hunc sine me turbare globum, & rege tela perauras.
410 Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
Conijcit: hasta volans noctis diuerberat umbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq;
Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.
Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen
415 Frigidus, ET LONGIS SINGVLTVS ILIA PVLSAT.
Diuersi circumspiciunt: hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
Dum trepidant, it hasta Tago per tempus vtrunq;
Stridens, trajectoq; hæsit tepefacta cerebro.
420 Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec quò se ardens immittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum, inquit. simul enſe recluso
Ibat in Euryalum.

O CYVS ADDVCTO TORQ.) Citò reduxit cum B
hostili dexteram: citò ideo, ne locum mutarent, qui
Euryalum tenebant. Reductio autem manus ideo fit,
vt fortius exeat telum. Donatus.

T V P R A E S E N S N O S T R O) Eclog. i. *Nec tam præ-
sentes alibi cognoscere diuos. Ponitur & in alijs rebus præ-
sens, declaratque efficientiam, vim, potestatem, & id
quidem tam in bonam, quam in malam partem. Causa
sa hæc est, quod quæ utilia, ac salutaria sunt, si adhibe-
antur, fiantq; præsentia, celerius, ac vehementius pro-
sunt, quam si remota sint. Et noxia quæ sunt, quis gra-
uius nocitura dubitet, si vicina sint, & proxima, quam
si remotoria fuerint: Quomodo igitur præsens auxili-
um, remedium pro potente, valido, efficaci: sic præ-
sens, præsentissimum venenum, periculum, & similia
pro maximè noxijs, certis, magnis dicimus.*

ASTRORVM DECYS, ET NEM.) Amant numina
laudari, quum rogantur, ait Donatus: profecto etiam
homines. Horat. Ode 12. lib. i.

— micat inter omnes
Julium fidus, velut inter ignes
Luna minores.

vbi stellis omnibus præfert lunam: nam quod ad nostrum
aspectum attinet, multo quavis stella & maior, & luci-
dior est. Vnde & regina siderum eidem carmine sœcu-
lari. Quod verò eandem custodem nemorum vocat, in-
de est, quia eadem in cælis luna, in sylvis Diana, & apud
inferos Hecate.

P R O M E P A T E R) Ex paternorum meritorum
fiducia, velut debitam gratiam deposita.

S I Q V A I P S E M E I S) Ecce addit etiam obsequia
sua, vt ostendat, se quoq; eius esse cultorem. Sic Chry-
ses ad Apoll. lib. i. Iliad.

S V S P E N D I V E T H O L O) Solebant veteres de præda
diis immolare, & partes quasdam etiam ijs interdum
suspendere de tholo, & consecrare, vt Diana aprorum
capita, & ceruorum cornua, vt est Eclog. 7. Statius lib.
2. Thebaid.

— figamq; superbis
Armatolis, queq; ipse meo questare reuexi
Sanguine, quoq; dabis captis Tritonia Thebis.

Vbi Placidus Luctatius, seu Placidus Laetant. inter-
pres, tholus est in media templi camera locus, in quo
vouentium primitia, aut exuiae figebantur. Et lib. 9.
sen iam sub culmine fixum Excubat, antiquo sen pendet
gloria luco. Ad quem locum iterum idem. Alia sunt
quæ figuntur, alia quæ à pastoribus templorum tholis
suspenduntur. Dentes, & cornua figuntur: pelles, & a-
lia suspenduntur.

Tholus, vt describitur à Philandro in Vitruvium
cap. 7. est ædificij camera, quæ altius crescens, rotunda
forma in fastigiatum cacumen definit, à quo πάνθεον θο-
λος είναι scripsit Dio lib. 53. Re enim vera Panthe-
um est hemisphærio tectum, hoc est, circulata camera,
inque medio hemisphærio lumen ad circum factum.
Alias est testudinis umbilicus, id est, veluti scutum in
medio tecto, quo trabes omnes conueniunt, ubi dona
suspendebantur, auctore Seruio.

A L T A A D F A S T I G I A F I X I) In huiuscmodi
donorum consecrationibus, & oblationibus probati-
scripto-

1885

scriptores libenter si sunt verbis ponere, & figere. Pro-
pert. lib. 2. *Suscipere*, & *Veneri* ponere vota iuuat. Ti-
bull. eleg. 1. lib. 1. *Libatum* (pomum) agricola ponitur
ante deo. Iulius Obsequens. sacrificatum tum à Roma-
nis, donaque in templo posita. Propert. lib. 2. *Magna*
ego dona tua sigam Cytherea columnam. Liuius li. 34. Et ante
fixa fictilia deorum irridentes. Hæc in Tibullum Ach-
illes Statius.

TURBARE GLOBVM) Sana petitio. Nam quia im-
possibile fuerat vincere, petit, ut saltē perturberet telo-
rum beneficio, quod & factum est. Seruius.

TOTO CONNIVXS CORPORE) aut quia paulo lon-
gus stabat: aut quia mittebat iratus.

HASTA VOLANS NOCTIS) Expressum hic bene-
ficium deæ, & humanæ fortitudinis robur. Hastam e-
nim Rutuli Sulmonis scutum excipit, & per scutum
penetrans, in pectora transit. Donatus.

ADVERSI IN TERGVUM) Perplexos hic locus ha-
bent Grammaticos, quod & tergum, & aduersi dicat:
cum tergum sit in auerso. Itaque tergum pro clypeo ac-
cipiunt. Ego, aduersi interpretor, qui erat è regione,
etsi non aduerso pectori: ut in eodem libro. *Sed furor*
ardentem, cædisq; insana cupido Egit in aduersos: Id est,
in eos, qui ante eum exaduersum ei erant, etsi tergum
auerterant, & fugerant. Itaque mox sequitur, & raptas
fugientibus ingerit hastas *In tergum*. Hasta porrò hæc fra-
cta est ipso impetu, ut funderetur: ita lignum, & hastile
fissum, & ipsa fissione acu minatū præcordia transi: nā
fissorum fragmenta asperantur in aciem plerumque, &
penetrabilia redduntur, ut in Henrici regis facto di-
dicimus. Turneb. lib. 29. cap. 25. * *Henricum 11. Franci-*
ci. Regis Francorum filium intellige, qui ludis equestribus, in nup-
tis filia ab aduersario, assula de eius hastilisper galae foramē in ocu-
lum. & ita in cerebrum regis dissidente, & impacta, est letho datus.
Quis historiam melius norunt, certius referant. Genus moria pa-
tefecit.

VOLVITVR ILLE WOMENS CALID.) Lucret. lib.
2. *Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.*

FRIGIDVS) Frigidus: id est mortuus, mori-
bundus, seu moriens: nam in mortis mentione sa-
pe videoas usurpatum frigus, frigidus. Horat. Satyr. 2.
libr. 1. & maiorum ne quis amicus Frigore teferiat. Luc.
lib. 3. *Et gelidos artus in lethi frigore linguit.* Supersedeb-
bo pluribus exemplis, cum alijs alibi non pauca attule-
rem. Aliquando est venenatus, ut, *Frigidus in prato can-*
tando rumpitur anguis. Aliquando segnis, imbellis, ut
lib. 11. *Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello*
Dextera. Nonius.

DIVERSI CIRCVMSP.) Non omnes vnam patrem
intuebantur, sed alij aliam, volentes nosse teli aucto-
rem. Pacuvius Medea. *Diversi circumspicimus, horror*
percipit.

TELVM LIBRABAT AB AVRE) Gestus iaculantis. A
libratione huiuscmodi, libratores antiquis, quod no-

A tauit German. prolato loco ex Taciti 13. Annal. Libra-
toribus, funditoribusq; attributus locus, vnde eminus
glandes torquent, ne qua pars subsidium laboranti-
bus ferret, pati vndiq; motu.

IT HASTA TAGO) Longiuscula, sed erudita dispu-
tatio est apud Louianum de Aspirat. lib. 1. vtrum, H, sit
littera. Ad probandam partem aientem, hoc præter cę-
tera argumentum adducitur, quod nonnunquam ita
locatur in versu, ut eius in syllaba, quæ breuis præcede-
bat, producatur. Exempli loco hic versus statuitur, in
quo, ut vides, syllaba, it, producitur, vi tantum conse-
quentis aspirationis: non quod natura metri breue il-
lic toleret syllabam posse collocari: nullum siquidem
est genus cæsurae, per quam breuis longa fieri queat.
Respondet postea in partem negantem his verbis. Par-
ticulam, it, in hoc versu non præsentis esse temporis,
sed præteriti, quæ sit concisa de præterito *iuit*, cuius
prima producta sit naturaliter. Quoties enim concisio
fit in hunc modum, quantitas syllabæ non mutatur.
Cum enim dicitur *existimauit*, ipsa pronuntiatio do-
cet, a, produci in penultima syllaba, cui si adimas, vi,
dicasq; *existimat*, pro *existimauit*, syllaba, mat, serua-
bit productionem suam, retinebitq; accentum, quem
habet stante integra dictione. Hoc exemplum ideo
posui, quoniam Donatus dicit, Terentium in illo suo
prologo posuisse existimat, pro existimauit. Similiter,
immugit, pro immuguit, & it, pro iuit. Quamquam
cum dicitur immugit a ijt, dempta tantum, v, littera,
corripitur. Nam vocalis ante vocalē more nostro corri-
pitur, nisi fuerit diphongus, paucis quibusdam exceptis.
Quin etiam affirmare audent, Virgilium reliquissime
scriptum, non, it, sed ijt, cum duplice, ij, cum sequatur
versus, habens præteritum tempus, qui est, stridens,
traielloq; hast tepefacta cerebro. Non enim hæret dixit,
sed hæsit. Siue igitur, it, pro iuit, siue, ijt, legatur, volunt
ob eas, quas attuli rationes, H, in hoc verlu vim litteræ
nullam habere.

IT HASTA PER TEMP. VTRVMQUE STRID.) Lib.
12. de hasta, quām in Turnum Æneas contorsit. Per me-
diū stridens transit femur. Ennius Annali 11. *Missaq;*
per peccus, dum transit, striderat hasta. Attius stridenti-
bus litteris eandem fere extulit sententiam. *Fraxinus*
fixa ferox infensa infunditur oīsis. Homerus. *Aīguū* &
sīgnoī dīctōlo māpōōσa. Hieron. Columna.

SÆVIT ATROX VOLSCENS, NEC TELI) Plus
crescebat iracundia Volscensis, quod auctor facti non
apparebat, nec constabat, vnde ultio debuisset exposci.
Donat.

TV TAMEN INTEREA CALID. M. SANG POEN.)
Quoniam latet, inquit, socius tuus, tu interim donec
ille inuenitur, duorum poenas expendes. Ennius Annal.
lib. 1.

Nec pol homo quisquam faciet impunè animatus
Hoc, nisi tu: mihi nam calido das sanguine penas.

----- Tunc verò exteritus, amens

425 Conclamat Nifus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perfere dolorem.

ME, ME: ADSVM QVI FECI: IN ME CONVERTITE FERRVM,

O RVTULI. MEA FRAVS OMNIS: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit (cælum hoc, & sidera conscia testor.)

TANTVM INFÆLICEM NIMIVM DILEXIT AMICVM.

430 Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus

Trans-

Transadigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus letho: pulchrosq; per artus
It crux, inq; humeros ceruix collapſa recumbit:

435 Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Langueſcit moriens, lassoꝝ papauera collo
Demifere caput, pluuiā cum fortè grauantur.
At Nilus ruit in medios, solumq; per omnes
Volscentem petit, in solo Volscente moratur.

440 Quem circū glomerati hostes, hinc cominus atq; hinc
Proturbant, instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hosti.

445 Tum super exanimem ſeſe proiecit amicum
Confoſſus, placidaq; ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo: SI QVID MEA CARMINA POSSVNT,
NVLLA DIES VNQVAM MEMORI VOS EXIMET ÆVO:
Dum domus Aeneæ capitolî immobile ſaxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

AVT TANTVM POTVIT PERFERRE DOLOR.) Ti-A
bull. O ego ne tantos poſſim perferre dolores. Deserere a-
micum in tanto diſcrimine, fuit illi omni tormento, &
morte acerbius: potuiffet omnes dolores facilius ferre.

ME, ME, ADSVM QVI FECI) Me, me, subaudi,
interficide: abrupta oratio, ex dolore. Veriſſime ad De-
monicum Isocrates. Δοκιμάζε τὸς φίλων ἐν τῷ τῆς πει-
τονίας θρύχων, καὶ τοῖς ἐν τῇ πειτείᾳ κοινωνίας. Τὸ μὲν
χρυσόν ἐν τῷ πειτείᾳ ποιητῶν, τὸς δὲ φίλων ἐν τῷ
θρύχων διαγνώσκουν. Id est. Amicos in vitæ calamita-
te, tum in periculorum societate cognosces. Nam vt
aurum igne exploratur: ſic amicorum fides rebus ad-
uersis declaratur. Et eſt profectō inſigne ſummi cuiuſ-
dam amoris indicium, velle pro altero mortem perpe-
ti: aut certè præſens mortis diſcrimen adire. Quin hoc
amantibus proprium, & peculiare, ait in Symposio Pla-
to, vt alij pro alijs mortem obeant, non viri tantum,
ſed etiam mulieres. Quare & Tibull. Meſſallæ ſuam fi-
dem, charitatēq; ex iſto loco commendat.

Pro te vel rapidas auiſim maris ire per undas,
Aduersis hyberna lices tumeant freta ventis:
Pro te vel ſolus densis obſtere turmis,
Vel paruum Aetnae corpus committere flammæ.
Sum quodcunq; tuum eſt. ☰

CÆLV M HOC, ET CONSCIA SIDERA TESTOR.)
Aeneid. 4. Testatur moritura deos, & conſcia fati Sidera.
Vbi Seruus, id eſt, planetas, quibus fatorum ratio con-
tinetur. Putemus inde dictum hoc, quod astris diuinati-
tatem tribuerent. Aeneid. 2. Sinon, Vos eterni ignes, &
non violabile uerſtrum Testor numen ait. Immò deos à deis
currere, quoniam ſtellæ, quas credebat deos, animad-
uertebant continuata motione volui. ☰

MEA FRAVS OM. NIHIL ISTE NEC AVSVS, NEC
POT.) Excusat amicū à voluntate & facultate, & propri-
um crimen, ſi ita dicendum eſt, conſtitetur, & hanc co-
fessionem ſuam iuramento conſirmat.

TANTVM INFELICEM) Potuit dici, ſi reus non
eſt, quid hic facit, vel cur tecum eſt? Occurrunt ultro, &
ait, Tantum infelicem, &c. Amor eius erga me non ſi-
uit à me ſeſungi, quamuis nihil poſſet. Donatus.

NIMIVM DILEXIT AMICVM) Auxit significatum
verbi dilexit, cum addidit nimium, fecitque ut eſſet idē,
quod amauit. Amare enim plus eſt, diligere minus. Cic.
ad Brutum. Clodius trib. pl. designatus valde me dil-
igit, vel (vt εμφανίωτες dicam) valde me amat. Idem ad
Dolabellam. Quis erat, qui putaret ad eum amorem,
quē erga te habebā, poſſe aliquid accedere? Tantum ac-
cessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dile-
xiſſe.

TALIA DICTA DABAT, SED VIRIB.) Nifus qui-
dem loquebatur, quæ Euryalo prodeſſe pouiffent: ſed
hostis tenuit intentionem ſuam, & quantum iræ gere-
ret animo, in iſtu, quo Euryalum percuſſit, oſtendit:
nam viribus omnibus adegit enſem per costas eius, &
pectus. Donat.

TRANSADIGIT COSTAS) Lib. 12. Transadigit
costas, fuluaq; extendit arena. Ibid. crudo Transadigit
costas, & crateris pectoris enſe. Transuerberare dat haſtis.
Vt lib. 10. Vibranti cūpī ſuum transuerberat iſtu.
Et lib. 11. Aduersi longa transuerberat abiete pectus. Rur-
ſum lib. 10. illa (halta) volans clypei transuerberat ora
Maconis, & thoracis ſimul cum pectore rumpit.

VOLVITVR EVRYAL. LETHO) Aut ſeptimus
eſt, aut datiuus. Si datiuus, figuratum eſt, in lethum,
vt, It clamor celo.* Ex hoc verſu, & ſequentiibus comparauit ſibi
ſuos ſilius lib. 12. Sbi Pedianus Cinypem puerum, ſeu adolescentem
arma Pauli conſulii ab Annibale ſibi donata gerentem interſicit.

Soluitur omne decus letho, niueosque per artus
It Stygius color, & formæ populatur honores.
Ambroſia cecidere comæ, violataq; ceruix
Marmoreum in iugulum collo lambent recumbit.

PVRPVREVS VELVTI CVM FLOS) Aptè adole-
ſcentem morientem cum flore marcente conſert. Mo-
noſtich. eis vobisla.

Αὐτοῦ δὲ σύνολον ἀδέν ἀνθες διαφέρει.
Prorsum iuuentia floribus ſimillima.

Ouid. Metamorph. lib. 10. de Hyacintho puer mori-
ente, ſine controuerſia hunc Maronis locum adum-
brauit.

Vt ſi quis violas, riguoꝝ papauera in horto,
Liliaq; infringat fulvis harenzia virgis:

*Marcida demittant subito caput illa grauatum,
Nec se sustineant, spicentq; cacumine terram.
Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore
Ipsa sibi est oneri cernuix, humeroq; recumbit.*

Virgilium ipsum ad Catullianos hosce respexisse opinor.

----- *velut prati.*

Ultimus flos pretereunte postquam.

Tactus aratro est.

Etad hos, qui sunt in carmine nuptiali, in comparatione virginitatis, & floris illibati, seu indecerpti.

*Vi flos in septis secretus nascitur horis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro, &c.*

LASSOVE PAPAVERA COLLO. DEMIS. CAP. PLV-
BIA) Admodum elegans similitudo, qua Homerus est
vus Iliad. 3.

*Μίκνων δ' ὡς ἐτέρωτες κάρην βάλεν, οὐτ' ἐνὶ κύπρῳ
Καρπῷ βρυθομένην, νοτίηστρην εἰανήσιν.*

VOLSCENTEM PETIT) Cum gladiatores iam essent
in statu, seu in gradu starent, petebat alter, vitabat alter.
Petebat dico: ita enim propriè: & ictus ipsi petitiones.
Seruus in hunc locum, Petitiones, inquit, propriè di-
cuntur impetus gladiatorum. Cic. in Catilin. Quot ego
petitiones tuas ita coniecas, ut vitari nullo modo pos-
sent, parua quadam declinatione, & ut aiunt, corpore
excessi? hoc est, lateris sinuazione, ut Prudentius inter-
pretatur. Idem in Oratore. Ut enim athletas, nec mul-
tò secus gladiatores, videmus nihil nec vitando facere
caute, nec petendo vchementer, in quo non motus hic
habeat palæstram quandam: sic oratio neque plagam
grauem facit, nisi petitio fuerit apta. Videntur etiam
appellasse conatus, inuasionsè singulas, manus.
Quintilian. lib. 5. cap. 14. Ut gladiatorum manus, quæ
secundæ vocantur, &c. Lipsius Saturnal. libro 2.
cap. 20.

QUEM CIRCVM GLOMERATI) De Neop-
tolemo insidiis Orestis circumuento Euripid. in An-
drom. *οὐδὲ μή πεισαδὸν κύκλῳ κατεῖχον, οὐδὲότες αὐ-
τοῦ.*

HINC COMINVS ATQVE HINC PROTURBANT) D
Huc illuc dextra, laevaque protrudebant miserum. Lib.
10. *Telaq; coniiciunt, proturbantq; eminus hostem Mis-
sibus.*

INSTAT NON SEGNIVS) Pedem figit, cum illo con-
gressurus.

ROTAT ENSEM FULMINEVM) quasi rotam descri-
beret, ita expeditè, celeriterque versat. Fulmineum au-
tem, id est, instat fulminis micantem.

CLAMANTIS IN ORE CONDIDIT ADVERS0) Cæsar li.
3. Bell. civil. Interfectus est etiam fortissimè pugnans
Cratinus, gladio in os aduersum coniecto.

PLACIDA QVE IBIDEVM MORTE QVIEVIT) Ex
affetu patientis dictum est, qui cum amico morieba-
tur. Vel ita: tum demum quieuit ibi morte placida, quū
illum vidit à se peremptum, Volscentem puta. Adhuc,
vbi vidit à se interemptum Volscentem, hoste cælo, &
amicis vindicata nece contentus, placida morte quieuit,
morte, quam placida mente, & libenti animo subibat.

SI QVID MEA CAR. POSSVNT, NVLLA DIES VNQ.)
Plin. de versiculis in se à Martiale compositis, epist. 21.
lib. 3. Dedit enim mihi, quantum maximum potuit, da-
turus amplius, si potuisset. Tametsi quid homini potest
dati maius, quam gloria, & laus, & æternitas? At non er-
unt æterna, quæ scripsit. Non erunt fortasse, ille tamen
scripsit, tanquam essent futura. Idem de auunculo suo,
& scriptis Cornelij Taciti, ad eundem Tacitum epist. 16.
lib. 6. Quamuis ipse plurima opera, & mansura condi-

Aderit, multum tamen perpetuitati eius, scriptorum tu-
orum æternitas addet. Non enim poetæ tantum hoc ef-
ficere se posse suis versibus gloriati sunt: sed alij item
scriptores id non obscurè præ se tulerunt. Epicurus ad
Idomeneum, si gloria, inquit, tangaris, notiorum te e-
pistolæ meæ faciat, quā omnia ista quæ colis, & propter
quæ coloris. Tradit idem Plinius senior de Appione
Grammatico, in prefat. operis sui, seu lib. 1. eum scrip-
fisse, immortalitatè à se donari, ad quos aliqua compo-
neret.

Seneca quoque ad Lucil. epist. 21. Quod Epicurus
amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto Lucili.
Habeo apud posteros gratiam, posse mecum duratura
nomina educere. Idem epist. eadem. Numen Attici pe-
rire epistolæ Cic. non sinunt. Nihil illi profuisset gener
Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pro-
nepos, inter tam magna nomina taceretur, nisi Cic. il-
lum aperuisset.

Venio ad poetas. Hoc nimis loquitur & Ho-
rat. quod hic Virgil. Ode 8. lib. 4.

*Dignum laude virum Musa vetat mori.
Celo Musa beat, sic Iouis interest*

Optatis epulis impiger Hercules.

Et Ode 9. lib. eodem.

----- *non ego te meis*

Chartis inornatum filebo,

Totue tuos patiar labores

Impunè tolli, & carpere liuidas

Obliniones.

Totam lege. Statius lib. 10. Thebaid. de Hoplaco, &
Dymante.

*Vos quoq; sacrati, quamvis mea carmina surgent
Inferior clyra, memores superabitis annos,
Forsttan & comites non afferabuntur umbras
Euryalus, Phrygiq; admittet gloria Nisi.*

Tibull.

*Quem referent Musa, viuet dum roboratellus,
Dum calum stellas, dum vehet amnis aquas.*

Eandem sententiam splendidè sanè, & ornatè per-
sequitur Pindarus, Nem. carm. 7. dicam latinè. Magnæ
corporis vires, magnæque animi virtutes, ab hymnis, &
laudationibus derclitæ, densis tenebris circumfundū-
tur. Vnicum est autem rerum fortiter gestarum specu-
lum, quo videlicet illæ posteritati prodantur, atque im-
mortalitati commendentur, & consecrentur, carmen
à docto aliquo poeta cōscriptum, quod illarum rerum
laudes, tanquam laborum præmia complectatur. Sed
nemo vñquam arrogantius cuiquam per scripta sua æ-
ternam famam, & nomen indelebile pollicitus est, quā
Cyrno pollicetur Theognis, cuius tamen factum nul-
lum memorat.

*Σοὶ μὲν ἐγώ πλέον ἔδωκα, σὺν δὲ τὸν ἀπειρονα πέντε
Πατήσῃ, κατὰ γῆν πᾶσαν αἰτείμενος,*

E & quæ sequuntur.

DVM DOMVS AENEÆ CAP. IMMOB. SAX.) Hic ego
domum Aeneæ, familiam Iuliam significari puto, è qua
Augustus erat. Domus autem Augusti in palatio, vt scri-
bit Victor de urbis Romæ regionibus, vnde non inco-
lebat, sed accolebat Capitolij immobile saxum. Ad domum
autem Augusti locus erat, qui sedes imperij Ro-
mani eodem auctore dicebatur. Etsi autem de toto Ca-
pitolio intelligi non inepte potest, quod de saxo immo-
bili cecinit, tamen Grammaticis ad Terminum, qui ex-
augurari non potuit, referri magis placet. Turneb. lib.
22. cap. 15.

Quia & Martial. huius imitatione dixisse videatur
lib. 8. Tarpeia summi saxa dum patris stabunt. Sunt quo-
que *

que, qui poetam ad gloriam, priuilegiumq; velut fatale Iuliæ familiæ hos versus dixisse velint, cui prærogativa insignis ad Capitolium habitatio concessa videretur, quam patriciis omnibus denegatam fuisse docet Plutarch. Roman. Question. * *Domus Latinis est saepe familia. Lib. 5. domus tenet a quo Sergia nomen. Lib. 1. Cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenæ Seruitio premet. Cic. ep. 46. lib. 13. Eum tibi igitur (Apuleio Nostrum) sic commando, ut non ex nostra domo. Lib. 10. Ego necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, antè aliquanto, quam tunatus es. Seneca Hippol. regis proles domus. Historici. Et Plutarchus, Halicarnassus, Liusius, atq; adeò alij, qui de antiquitatibus Roman. scriperunt, vnde Capitolium sit dictum, videntur dubitasse. T. Liusius certe non dubitat, cuim verba in hac extrema symbola producemus.*

Quia autem huius vocabuli originem solus Arniobius videtur non ignorasse, eius verba, ut rei tam obsecrare, & ignotæ lucem quandam afferre possim, in medium adducere non grauabor. li. 6. ait. Sed quid ego hec parua? Regnatoris in populi Capitolio quis est hominum qui ignoret, Toli esse sepulcrum Vulcetani? Quis est, inquam, qui non sciat, ex fundaminum sedibus caput hominis euolutum non antè plurimum temporis, aut solum sine partibus cæteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia fortitum? Quod si planum fieri postulatis testimoniis auctorum, Sammonicus, Gramius, Valerianus vobis, & Falcus indicabant, cuius Tolus fuerit filius, gentis & nationis cuius, ut à germani seruulo vita fuerit Ipoliatus & lumine, quid de suis commeruerit ciuibus, ut ei abnegata sit patriæ telluris sepultura. Condiscetis enim (quamvis nolle istuc publicare se fingant) quid sit capite resepto factum, vel in parte, qua vitiola fuerit obscuritate conclusum: ut immobilis videlicet, atque fixa obsignati animi perpetuitas stare. Quod cum opprimi par esset, & vetustatis obliteratione celari, compositione nominis iecit in medium, & cum suis caussis per data sibi tempora inextinguibili fecit testificatione procedere: nec erubuit ciuitas maxima, & numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Iouio nuncupare. Theod. Canter. variar. lect. lib. 1. cap. 11. Vide & Gyrald. Syntag. 2.

Inter multa cognomenta Iouis, est etiam *Capitolinus*, propterea quod in Capitolio summa veneracione, & exquisitis cærimonii, donariisque pretiosissimis ex toto propemodū terrarum orbe, codem missis honorari solitus est. De ipso Capitolio qui nosse vult quādo conditum, quando dicatum, quoties incensum, & instauratum, ac reliqua demum scitu digna, Tacitum legat lib. 19. Hic mons antè caput humanum ibidem inuentum, cum scilicet templi fundamenta foderentur, dictus est Tarpeius à Tarpeia virgine, quæ ibi à Sabiniis necata est, & clypeis eorum obruta, ut tradit Liuius lib. 1. Hinc etiam ipse Iupiter vt Capitolinus, sic Tarpeius, & Tarpeius pater appellatus. Propert. lib. 4. *Tarpeiusq; pater nuda de rupe tonabat.* Ouid. in Fastis. *Iunclaque Tarpeio sunt mea templa Ioui.* Gyrald. Syntag. 2.

Hoc immobile saxum Terminus fuit, de quo sic

450 Victores præda Rutuli, spoliisq; potiti,
Volcentem exanimum flentes in castra ferebant.

Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exangui: & primis vna tot cæde peremptis,
Serranoq; Numaq; ingens concursus ad ipsa

455 Corpora, seminecesq; viros, tepidumq; recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguineriuos.
Agnoscunt spolia inter se, galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.

A Laetant. lib. 1. cap. 20. Quid qui lapidem colunt informem, atque rudem, cui nomen est Terminus? Hic est quem pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse. [immō prop̄ter magnitudinem deuorare nequit. Sed quia fabula est, deuoratur sanè: digerere quidē: seu concoquere illum non potuit, & bi enim Terminus esset.] Næc immerito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere velleret, eoque in loco multorum deorum facella essent, consuluit eos per auguria, vtrum Ioui cederent: & cedentibus cæteris, solus Terminus mansit. Vnde illum poeta Capitolii immobile saxum vocat. Iam ex hoc ipso vides, quam magnus Iupiter inuenitur, cui non cesserit lapis: ea fortasse fiducia, quod eum de paternis fauibus liberauerat. Facto itaque Capitolio, supra ipsum Terminus foramen est in teatro relicum: ut quia non cesserat, libero cælo frueretur: quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapidem frui putauerunt. Et huic ergo publicè supplicatur, quasi custodi finium deo: qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est. Quid de illis dicam, qui colunt talia? nisi ipsos potissimum lapides, ac stipites esse? De Termino consule Gyrald. quoque Syntag. 1.

Cassiodorus tradit, aruspicem interrogatum, quādo imperium Romanum calurum esset, respondisse, quando saxum Capitolij cadet: addidisseque insuper, si eueneret, vt vñquam caderet, futurum, vt post 30. millia annorum iterum resurgeret. tanta artis eius fuit impudentia. Nisi per tātum numerum perpetuitatem intellexerit, quam apertius explicuit Maro, *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.* Et hīc, *Capitoli immobile saxum.* Nam & serpens apud Homer. Iliad. 2. post nouem passus deuoratos in lapidem mutatus, significasse dicitur, capræ, euersæq; Troiæ gloriam nullo vñquā tempore peritaram, quamquam super hocaliter alibi Pierius. 45.

Verba Liuij subiectam, vnde: & quare immobile saxum poeta Terminus vocari, & vnde Capitolij nomen manarit cognoscemus. Lib. 1. in Tarquinio Superbo. Inter principia condendi huius operis (templi Iouis in monte Tarpeio) mouisse numen ad indicandam tantam imperij molem traditur deos. Nam cum omnium facellorū exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. Idq; omen. auguriumq; ita acceptum est, non motam Termini sedem, vnumq; eorū deorum nō euocatum sacratis sibi finibus, firma, stabiliaq; cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auspicio accepto, secutum aliud, magnitudinē imperij portendens, pdigium est. Caput humanū integra facie aperientibus fundamenta tépli dicitur apparuisse. Quæ vīsa spēs haud per ambages arcem eam imperij, caputque rerum fore portendebat, idq; ita cecinere vates, quiq; in vrbe erāt, quosq; ad eam rem consultandam ex Etruria acciuerāt.

IMPERIVM PATER ROM. HABEBIT) Pater Romanus est Imperator, cum præsertim Imperatores patres patriæ dicerentur, & hunc titulum Augustus consecutus sit, & pater nomen dignitatis sit. Ausonius in eam sententiam videtur accepisse, qui ad Theodosium scribens, Maronem imitatus ita dicit. *Tu modo te iussisse pater Romane memento.* Turneb. lib. 22. cap. 15.

ET IAM PRIMA NOVO SPARGEBAT LVMINE TERRAS

460 TITHONI CROCEVM LINQVENS AVRORA CVBILE:

Iam sole infuso, iam rebus luce reiectis,

Turnus in arma viros, armis circundatus ipse

Suscitat: æratasq; acies in prælia cogit

Quisq; suos, VARIISQVE ACVVNT RVMORIBVS IRAS.

465 Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis

Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,

Euryali, & Nisi.

Æneadæ duri murorum in parte sinistra

Opposuere aciem (nam dextera cingitur amni)

470 Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis

Stant mœsti, simul ora virum præfixa videbant

Nota nimis misericis, atroq; fluentia tabo.

PRÆDA POTITI) Præda viatos spoliat: rapina subitè venit. Itaque illa victoria gaudet, hæc petulantia. Cornel. Fronto. Intellige non solum suis armis exutos Nisum, & Euryalum: sed etiam illa præda, quæ Rutulis fuerat ante detracta. Seruui.

NEC MINOR IN CASTRIS LVCTVS) Non fuit minor luctus in castris exaliorum cædibus, quos primos, & plurimos una simul calamitas strauerat.

TEPIDVM QVE REC. CÆDE LOCVM) Sic lib. 8. semperq; recenti Cæde tepebat humus. Quidam legunt tepidaq; recentem cæde locum, etiam Seruio teste, ut sit hypallage. Iam ut apud Gracos q; v. 20, quod vocabulum cædem significat, etiam sanguis dicitur, ita & hoc loco tepida cæde, id est, tepido sanguine. Turneb. libr. 18. cap. 3.

IAM REBUS LVCE RETECTIS) Suprà, rebus nox abstulit atra colorem. Apparebant omnia, quæ nocturnis tenebris fuerant occultata.

ARMIS CIRCUNDATVS IPSE) Non semel narratur Turnus facere, quod aliis imperat: nec debent boni duces existimare, armante se, & pugnante milite, ipsis licere aleam ludere aut pocula ducere. Valet etiam hic quod dicit Ovid. Fast. 6.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cum index alios quod monet, ipse facit.

ÆRATASQVE ACIES IN PRÆL. COGIT QVISQVE SVAS) Quidam sic legunt, & distinguunt, erataq; acies in prælia cogit Qvisque suas, ut sit synthesis. Turnus adhortabatur milites, ad oppugnationem oppidi se sepa-

Araët: duces eum secuti, cohortes expediebant, & quisque colligebat suos.

ACVVNT RVMORIBVS IRAS) Ex Nisi, & Euryali audacia, qui duo stragem tantam nocte illa in castris edidissent.

QVIN IPSA ARRECTIS IN HASTIS PRÆFIG. CAPITA) Tali crudelitate Dolabellam impurum hominem usum fuisse in C. Trebonium: quem Smyrnæ infidiis interfecit, narrat Philipp. libr. ii. Cic. his verbis. Post ceruicibus fractis caput abscidit: idque infixum gestare iussit in pilo, reliquum corpus tractum, atque laceratum abiecit in mare. Virgilius igitur moris huius, ut prisci, mentionem facit. Nam & apud Homerus simile supplicium, de hoste iam mortuo sumit Agamemno de Hippolocco, Antimachi Troiani filio. Victor. lib. 28. cap. 8. * Huiuscemodi spectaculum quoque factum de capite Galba Imperat. Ut auctor est Sueton. cap. 20. Eisus verba tibi represento. Ille (Otho) caput abcessum Galba, & ad se delatum lixis, calonibusq; donauit. Qui hastæ suffixum, non singulatio circum casta portarunt, &c.

ÆNEADÆ DVRI) durantes in labore. Diximus de notione vocis huius i. Georg. ad illa, Vnde homines natidurum genus.

TENENT FOSSAS) tuentur, defendunt.

ATROQVE FLVENTIA TABO) Quæ tabo corrupta, & foedata agnoscit non possent, nisi ab his, qui ea penitus nossent. In eo autem Troianos dolor angebat, quod & tales viros perdidissent, & nihil fuisset Æneæ nuntiatum. Ob id dixit, Stant mœsti. Donatus.

INTEREA PAVIDAM VOLITANS PENNATA PER VRBEM

NVNTIA FAMA RVIT, matrisq; ad labituraures

475 Euryali: ac subitus miseræ calor ossa reliquit:

Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa:

Euolat infelix, & fœminco ylulatu

Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu

Prima petit: non illa virum, non illa pericli,

480 Telorumq; memor. CÆLVUM DEHINC QUESTIBVS IMPLET.

Hunc ego te Euryale aspicio? tune ille senectæ

- Sera meæ requies? potuisti linquere solam?
Crudelis: nec te sub tanta pericula missum
Affari extremū miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusq; iaces, nec te tua funera mater
Produxi, pressiue oculos, aut vulnera laui,
Veste tegens: tibi quam noctes festina, diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraq;, mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Coniicite, ô Rutuli: me primam absumite ferro,
Aut tu magne pater diuūm miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

VOLITANS PENNATA PER VRBEM FAMA) A tur, quæ indecora, nec vñitata essent. Propert.lib.1. eleg.
Libr. II.

*Etiam fama volans tanti prænuntia luctus,
Euandrum, Euandrig, domos, & mania complet.*

Lib. 12.

Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.

Propter celerem in cuncta discursum, angelis, ac
ventis alas tribui docet D. Hieron. Comment. in Esa-
iæ, cap. 6. Eadem de causa plerisque deorum simula-
cris, Victoriæ, Fidei, Famæ veteres Romani affingebat
alas, vt eos statim præstd esse indicarent. Ennius. *Fides
alma, apta pinnis.* Sed & alæ, quas poetæ Mercurio tri-
buunt, aliud nihil, quam celeritatem, ac diligentiam
in obeundo munere significant.

MATRIS QVE ADLABITVR AVRES) Tale hoc, quæ
le illud 1. Æneid. *Atque rotis summas leuibus perlabi-
tur vndas, præpositio enim ad accusandi casum perti-
nens, ipsi verbo est apposita, quod Græcis sollempne
est. Adlabitur aures, pro, labitur ad aures. Monuimus
hac de re & alibi.*

MISERÆ CALOR OSSA REL. EXCVSSI MAN. R.)
Hom. Iliad. X.

*Kακούτῳ δὲ πόνοις, καὶ διμωγίῃς ἀπὸ πύργου,
Τῆς δὲ ἐλελίχθυη γῆ, καὶ δὲ οἱ ἔπτεοι νεφεῖς.
Totum hunc locum de luctu matri Euryali super filio,
expressum ex Iliad. 22. docet Macrob. libr. 5. cap. 9. vbi
Andromache mortem mariti Hectoris lamentatur. Lib. C
3. Æneid. postquam paucis ossa reliquit.*

EXCVSSI MANIB. RADII REVOLVTQVE) *ἐρά-
γη,* Ciceroni illustratio, & eidientia: quæ non tam
dicere videtur, quæ ostendere: & affectus non ali-
ter, quam si rebus ipsis interclusis, sequentur. Quintil.
lib. 6. cap. 2.

FÆMINÆ OVLVLATV) impatienti, vt, *Fæ-
mineo præde, & spoliorum ardebat amore.* Et infra de
Amata regina, *Fæminæ ardente curæq; iraq; coque-
bant.* Et lib. 2. Æneid. *late plangoribus ædes Fæminæ
vulnant.*

SCISSA COMAM) Apud Græcos viri in luctu
funebri barbam, capillumque summitabant, mulieres
comam detondebant, quem morem & Romanæ fæmi-
næ seruarunt, vt etiam cadaueri, aut sepulcro subiectos
crines imponerent. Lugenti, enim aptissima putaban-

19. Ille meo charos donasset funere crines. Ouid. 3. Metam.
de Narcissi sororibus. Planxere sorores Naiades & sectos
frari imposuere capillos. Epist. Canaces ad Macareum.
*Non mihi te licuit lacrymis perfundere in suis,
In tua non tonsas ferre sepulcra comas.*
Catull. de nupt
*Illiis egregias virtutes, claraq; facta
Sæpe fatebuntur natorum in funere matres,
Cum in cinerem canos soluent à vertice crines.*
Solebant & viri capillum in luctu ponere. Fecit hoc Ar-
chelaus Macedonum Rex in funere Euripidis, & Alex.
Mag. in funere Hephæstionis. In sacris etiam libris legi-
mus Iobum auditæ filiorum morte caput totondisse. A-
lex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. & ibid Tiraquell.

MVROS AMENS ATQVE AG.) Homer. Iliad. 1.
*μὴν δὴ τεῖχος ἐπερχούεν ἀφίγειν Μαυροπίνην εἴησα, δε
Andromacha.*
NONILLA VIR. NONILLAPERICLI) Vnum podo-
ris est, alterum salutis. De Euandro simile lib. II. *At
non Euandrum potis est vis vllatenere, Sed venit in me-
dios.*

HVNCEGO TE ASPICIO) Ad hoc deducta est infe-
licitas mea, vt post illum ætatis tuæ florem hunc te vide-
am mater, hoc est occisum, & triumphum præbentem
hostibus. Donat.
SENECTÆ SERA MEÆ REQ.) quem sperabam fore
requiem. Euander lib. 8. de Pallante suo, *mea sera, & so-
la voluptas.* Amata ad Turnum lib. 12. *ſper tu nunc una ſe-
necta, Tu requies misera.*

POTVISTI LINQ. SOLAM CRVD.) Mirum quantū
afferat vel affectus, vel ornamentivox, quæ in principio
carminis ponitur post expletam sententiam, quæ vox ta-
men illi apposita, apponit & sensum, crudelis. Neque e-
nim post crudelis punctum, siue notam interrogati-
onis libet apponere: sed post sententiam, quæ finitur
illo nomine, *solam.* Enim uero plus placuit additamen-
tum illud illius vocis crudelis gestu sustineri. Idem in 4.
Æneid. *Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.*
Crudelis. sic in 2. infelix. *Et gener auxilium Priamo, Phry-
gibusq; ferebat.* Infelix. Est enim tanquam elogium:
quemadmodum bellatrix, venatrix, & alia. dederatq;
comam diffundere ventis. Venatrix. Et in II. a que. cap-
tiva.

*Tuō sine ut se ferret in auro. Venatrix. Et in i. Aurea sub-A
nētēns exerta cingula mamma. Bellatrix. Ne à Græcis
quidē ignoratus dicendi modus, σχέτλον, γνῶση. Quā
equidem figuram si velis dicere, appellare ausim Expressionem. Scalig. Poet. lib. cap. 48.*

Hanc lamentationem mortis Euryali comparat idem Scalig. Poet. lib. 5. cap. 3. cum fletu Andromaches, ob interitum mariti apud Homerum, addit; tandem. Anus noltræ Virgilianæ conquestio adeò sublimis est, adeò rara, vt sapientibus sustulerit audaciam imitandi. Affectus tot, tanti, tam frequentes, vt excutiant animum potius, quam lacrymas mihi. *Potuisti lingnere solam? Crudelis. quia sum terraq; mariq; secuta. Nec id dedisti mihi, vt te extremum alloquerer. Hæc, postquam dixit senecta requies, & sera: iaces præda canibus, in terra ignota. Quod vulgè datur parentibus, saltem funera curassem. Pro patria extinctus es: gaudeo. At, vulnera non laui. Cui posui ergo operam in ueste? cui festina fui? Hactela solabar curas meas, quæ illas auctura fuerat? Vbi nam es? vbi te queram? Quò te sequar? Integerné saltem es, an discurrendum mihi, vt discripta membra colligam? At verò nullum esse hostium telum, quod me tibi possit adiungere? Et, si cessant illi, tu, quo me beatam potes efficere? Ita nihil omissum celesti vito illi: nihil addendum nisi ab ineptis: nihil immutandum, nisi ab impudentibus. Omnia signata, ex natura, ex arte, ex eruditione: sententiae, numeri, figuræ, simplicitas, candor, ornatus incomparabilia: atque uno verbo vt absoluam, Virgilij.*

NEC TE AFFARI EXTREMVM) Ultimi affatus inter amicos, consanguineos, dum à se inuicem aut itinere longiore, aut periculo, aut morte etiam diuelluntur, solent esse dulcissimi. Quare cui ea facultas negata est, affari videlicet ad extremum, à quo esset distrahendus, & quem se amplius visurum certò sperare non possit, non iniuriā dolet. Cur autem hoc Euryalus matri negavit, suprà exposta est causa: quia nequirit perferrre eius lacrymas.

Non, inquit, accuso abscessum tuum. Missus es, nec tui iudicij fuit, quod maiorum tuorum imponebatur arbitrio (sic enim putabat, cum vltro se obtulerint.) Faceres tamen, quod fuerat potestatis tuae, quod publicæ non officeret caussæ: faceres, quod reprehendere nullus auderet subiectus casibus. Videres primitus matrem, non leuem subiturus interitum: videres matrem tanta in pericula coniectus, dares loquendi liberum locum, misceremus extrema colloquia. Omnia hæc dolentis sunt. Donatus.

DATA COPIA MATRI) Æneid. i. postquam data copia fandi. Sallust. Catilin. at pop. Rom. nunquam ea copia fuit, quia prudentissimus quisq; negotiosus maxime erat.

TERRA IGNOTA CANIB. DATA PRÆDA LATI-
NIS) Catull. de nupt.

*Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusq;
Preda: nec iniecta tumulabor mortua terra.
Ex Homero vterque, Iliad. a. àvris d' ἐλέα τεῦχε κι-
νούν. Οἰωνοί τε πάσι. & pluribus locis. Vide Virgili.*

NEC TE) Verba hæc separanda à sequentibus docet Donatus. Aliud enim fuerat dictura, & aliud subiecit: dolentis more, sed à quibusdam nugari putatur, docentibus, Funeras apud Romanos dictas esse, quæ defuncto sanguine proximæ, funeralis ergo lessum faciebant, & veris lacrymis suas genas perfundebant. Atq; adeo hunc ipsum Maronis locum producent, quem ita interpungūt, nec te tua funera mater *Produxi*. Et est,

A inquiunt, conquestio mattis Euryali plena artis Rhetoricæ. Nam pene omnes partes habet de misericordia commouenda à Cicerone in Rheticis positas, vt scribit, Seruius, apud quem legendum funera, pro funerea, & ab eo solo petenda huius loci interpretatio. Idem suspectum habent verbum, *produxi*, mallingue *proluxi*, vt eo respiciat. Festus, prolongere dicuntur, qui solito diutius lugent. Non tamen planè displaceat *Produxi*, modò vox illa intelligatur de collocacione. Producebant enim defunctum proximi, aut certè hæredes ex penitiore aedium loco, vbi extremus eius spiritus à carissimis erat exceptus.

PRESSIVE OCULOS) Oculos mortuorum claudere solebant proximi, filii, mater, aut pater. Homer. *παῖς δέ τῷ πετρῷ, καὶ αὐτοῖς μήπερ, οὐτοις κα-
θεύδονται*. Producere autem quod dicit, id est, *meū ibi-
vai*, quod est, ante ædes mortuos ad exequias propone-re. Turneb. lib. 19. cap. 16.

Frequens locus apud poetas, ad pathos maximè commouendum, de operiendis, comprimentisque morientium oculis: quon nomine infelices eos, inquit Plutarchus, vulgè solemus vocitare, quorum oculos propter absentiam non potuerint parentes obtegere. Plin. lib. 11. cap. 37. Morientibus oculos operire, rursumque in togo patefacere, Quirium magno ritu sacrificatum est, ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendinefas. Vide Crinit. lib. 18. cap. 12.

Adducamus aliquot Latinorum poetarum de hoc more testimonia. Penelope apud Ouid. in heroid. epist.

*Dij precor hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis
Ille (Telemachus) meos oculos claudat, & ille tuos.*

Infra.

*Respicere Laerten ut iam sua lumina condas
Extremum fati sustinet ille diem.*

Ariadne ad Theseum.

*Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo,
Nec mea qui digitis lumina condat, erit.*

Albinouan. ad Liuiam.

*Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio,
Atq; utinam Drusi manus altera, & altera fratris
Formarent oculos, comprimerentq; meos.*

AVT VVLNERA LAVI) Ennius in Cresphonte.

*Neg̃ terram iniucere, neg̃ cruentu
Conuestire mibi corpora licuit,
Neg̃ misera lauere lacryma falsum sanguinem.*

Æneid. 4. Anna sororem Didonem lamentans, date, vulnera lymphis Abluam.

HOC MIHI DE TE NATE REFERS?) Æneid. 2.

Hoc erat alma parentis, quod me per te lapser ignes.

E FIGITE ME SI QYA EST PIETAS) Magnitudo, & impatientia doloris ed sepe adgit homines vt aut ipsi sua sibi manu lethum pariant: aut ab alijs interfici, pro beneficio, habeant, & id etiam precibus contendant: quæ cupiditatem licet improbam, Virgilius in hac muliere expressit evidenter admodum. Hec cuba apud Ennius. *Miserete annis, date ferrum qui ma-
animam priuem.*

ME PRIMAM ABSVMITE FERRO) Vnusquisque enim in propriæ salutis desperatione, credit vniuersa etiam posse consumi.

MISERERE, TVO QVE TELO) Miserere, inquit, Iupiter, & me perime fulmine tuo: sentio enim, quia aduersis superis viuo. In nece mea probabitur pietas, si dolentis

Ecc* 3 crucia.

cruciatus abruperis, & deleueris letho : aliud quippe Adæo in Pand.
doloribus meis remedium non est, nisi vt mors adimat,
quod odiosa vitæ diuturnitas dedit. Donatus.

Quod Græci dicunt, ἀτεγνωτός ἔχειν, Σαν-
τᾶν, Σπονδειόν τε τὸ ζῆν δάνσαν, hoc est, deplora-
ta spe vitæ esse, tædio lucis affectum esse, dicunt Latini
(quamquā nno Cicero) despondere animum. Plaut.
Menæch. in prologo, *Pater eius postquam perdidit puerum, animum despōndit. Tē βιώναι ἀπέγνω, ἀλέων ἡρχετο.* Item alibi. *Quæso hercle, animum ne despōnde.* Vt-
tuntur Varro, Liuius. Columella. Obseruatum à Bu-

INVISVM HOC CAPVT) Inuisum est quidem hoc,
id est, odiosum caput, verū misericordia genus est,
si me etiam iratus interimas.

CRYDEL. ABRVMP. VITAM.) Abrumpunt sibi
vitam, qui mortem sibimet accersunt, qui semet de vita
eijciunt, qui iniussu Imperatoris dei de statione dece-
dunt. Hic autem ad Parcarum stamen alluditur, q̄ non
dum rumpit tam ægrè fert hæc misera mulier. Et crude-
lem ex affectu dicentis intellige, quoniam in vita super-
stes est filio defuncto. ¶

HOC FLETU CONCVSSI ANIMI, MOESTVSQVE PER OMNES
IT GEMITVS: torpent infractæ ad prælia vires.

- 500 Illam incendentem luctus Idæus, & Actor
Ilionei monitu, & multùm lacrymantis Iuli
Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cælumq; remugit.
505 Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum:
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
Quà rara est acies, interlucetq; corona
Non tam spissa viris. telorum effundere contrà
510 Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infesto voluebant pondere, si quà
Possent tectam aciem perrumpere: cum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
515 Nec iam sufficiunt: nam quà globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem voluuntq; ruuntq;:
Quæ stravit Rutulos latè, armorumq; resolut
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli: sed pellere vallo
520 Missilibus certant.

HOC FLECTU CONCVSSI AMIMI, MOESTVSQVE) B & missa sub tecta est, ne vltierius virorum animos suis
Memorabile exemplum συμπαθείας. Et nescio quomo-
do quæ fæminis merentibus immerentibus mala eue-
niunt, magis ad misericordiam prouocant animos. An
quia sexus fragilis, imbecillus, mollis, consilij expers,
& alieni auxiliij maximè indigus? ¶

TORPENT INFRACTÆ AD PRÆLIA VIRES)
Quum talia dicerentur, conculta omnium Troiano-
rum mens est, & plena moestitia vniuersorum sensus
afflitit tantum, vt pugnandi officium cuncti omittent,
virtutis torpente substantia. Donat.

ILLAM INCENDENT. LVCTVS) Luctus per se mali
sunt, & graues, acerbiores verò fiunt, si hos quispiam
aliquibus nutrimentis accumulet. Quum igitur mater
Euryali lugendum casum verbis accenderet, & afflige-
ret audientes, Idæus, & Actor Ilionei monitu, & mul-
tum lacrymantis Iuli, eam in tecta reportant. Quoniam
apud Iulum multarum rerum consideratio fuit: primò,
quod ad patrem mandata perfiri nequierant: deinde
amissio tantorum virorum: commendatio Euryali in
causa matris, & fides promissa peragentis. Rapta igitur

ET MVLTV LACRYMANTIS IVLI) Senioribus
affingit tantummodo vehementem animi motum, &
gemitnm, iuueni etiam lacrymas. Flebat autem Asca-
nius & matris tam miserè, & acerbè lugentis, & filij eius
Euryali cauſa, quem tantopere dilexerat, & iam ami-
cerat: cum sibi multa de cius virtute iam esset pollici-
tus. ¶

CORRIPIVNT) celeriter abripiunt, & aspor-
tant.

AT TVBA TERRIB. SONITVM) Hemistichium
Ennij: nam sequentia Maro mutauit. Ille enim ad ex-
primendum tubæ sonitum ait, At tuba terribili sonitu
taratantara dixit. Et multa huiusmodi Virgil. cum a-
spira inuenerit, mutat. Bene tamen electis verbis hic
imitatur sonitum tubarum. Seruius.

IMITATUS EST igitur Virgil. non solum horridis,
obstrepentibusque litteris, ac syllabis sonum illum ter-
ribilem, verum etiam pari numerorum velocitate in
gentem spiritum excitauit. In ytriusque enim poetæ
versu,

AD NONVM ÆNEIDOS.

1901

versu, præter sextum, cæteri pedes dactyli sunt, quam-
uis Beda hunc Virgilian. versum omnino dactylicum
esse existimet, quem legit ita, codicibus omnibus re-
fragantibus, *Et tuba terribilem sonitum procul excitat
horrida.* Eum quidem Iouian. Pont. adeo extulit in A-
etio, ut de eo dixerit, An non audientibus nobis illa, ca-
pillus ipse surrigitur, animusq; concutitur, & pene hor-
rescit? De tuba iterum loquens Virgilius eadem dacty-
lorum frequentia vsus est. *Inde ubi clara dedit sonitum
tuba, finibus omnes.* Hieron. Columna in 2. Annal. Ennij.

Signa educendi exercitus, & certaminis conse-
rendi in Romanis legionibus, concentus tubarum, &
cornuum, & si quando silentio educendæ forent, tes-
seram fuisse accipimus. De vtrisque Liuius lib. 20. Tu-
bae, cornuaque ab Romanis cecinerunt; tantusque cla-
mor ortus, vt elephanti in suos sinistro maximè cornu
verterent, Mauros, ac Numidas. Cæsar. lib. 3. belli ci-
uil. Tuba signum dari, atque in hostem impetum fieri
iussit. Et iterum. Hac habita oratione, exposcentibus
militibus, & studio pugnae ardenteribus, tuba signum
pugnae dedit. De cornibus Virgil. lib. 8.

*Vi belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rancu strepuerunt cornua cantu.*

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2. & Tiraquell.

CÆLVUM QVE REM VGIT) Plaut. Amphit. boat
celum fremitu virum. Noster, celum tonat omne tumul-
tu, lib. 12.

ACTA TESTVD. VOLSCI) Sublatis in caput clypeis,
& connxis. Testudinem ita describit Isidorus. Testu-
do series armorum, vmbonibus inter se connexorum.
Ibid. Est & testudo scutorum connexio, curuata in te-
studinis morem. Lucan. in 3.

- Parte alia horrendus visu, quassabat Etruscum
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus, equum domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.
- 525 Vosô Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisq; virum demiserit orco:
Et mecum ingentes oras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
- 530 Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes
Expugnare Itali, summaq; euertere opum
Certabant: Troës contrâ defendere saxis,
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
- 535 Princeps ardente coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraq; malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retroq; residunt
- 540 In partem, quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito, ET CÆLVUM TONAT OMNE FRAGORE.
Semineces ad terram, immani mole secuta,
Confixi q; suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno, veniunt. vix vñus Helenor,
Et Lycus elapsi.

1902

*Vt tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit virtus, armisq; innixa priores
Arma ferunt, galeamq; extensus protegit umbo.*

Vide Steuechium ad cap. 16. lib. 2. Vegetij. Præterea re-
uertere ad locum 2. Æneid. vbi regia Priami oppugna-
tur summa vi, obfessumq; acta testudine limen...

INTER LVCE TQUE CORONA) More Græco-
rum, quibus s'paro eodem modo accipitur. Vide Pa-
ralip. Germani.

TELORVM EFFUND. OMNE GENVS) Pulchrè Ar-
nob. lib. 1. respiciens ad varietatem suppliciorum, per-
secutionumq; quib; olim tyranni Christum in suis ve-
xabant, bello, inquit, graui Christum, & omnibus per-
sequi telorum effusionibus, & minis. Æneid. 2. nec saxe,
nec vllum Telorum interea cessat genus.

DVRIS DETRVD. CONTIS) Hoc tum fit, quum
propè ad summum peruenitur.

ASSVETI LON. MVR. DEF. BELLO) Docet, in
omnibus vsum plurimum posse. Vsum appellauit Ci-
cero magistrum optimum.

SI QVA POSSENT TECT. ACIEM PER.) Te-
ctam aciem vocat nunc, quam in sequenti versu testu-
dinem. Præter illa, quæ superius comprehendit missa,
vel potius effusa, dicit nunc ea, quæ testudinem quam-
uis firmam, & fortē opprimere pondere, & dissoluere
C potuissent. Donat.

NEC CVRANT CÆCO CONTEND. MARTE) Post
factam de suis stragem, ultra non sunt ausi Rutuli testu-
dinem struere: sed cœperunt aperta dimicazione certa-
re. Æneid. 2. & cœco Marte resistunt.

Hor-

SYMBOLARVM LIB. XIV.

1903

HORRENDS VISV PIN. QUASSABAT) Ibat Mezenti-A
us, quem videre tantummodo ingens fuerat terror, cō-
cutiebat non parvam facem. Pinum dixit, quia hoc ge-
nus arboris quum ardet, plurimum fumum emitit.
Donatus. Et quoniam pinum solidam manu quatier-
bat, vult poeta nos hinc corporis eius magnitudinem,
roburq; intelligere: sicut in 3. de Polyphemo, *Trūca
manum pinus regit.*

AT MESSAPVS NEP. PROL) Ecce alia pars, in qua fuit
Messapus filius Neptuni, Troiae cuensoris, antiqui ini-
mici, qui obtinuit vallum. Quanto istorum laudatur
instantia, tanto praeferuntur, Troiani, quos ingens ma-
nus superare non poterat. Donat. * *Neptunia proles ideo
quibusdam videtur appellari Messapus, quod equi à Neptuno, &
ipse equum domitor in se datur.* Homero, id est, equitandi peritus,
ein dappfer reiterschman.

VOS Ô CALLIOPE) Sensus' est, te Calliope cum
reliquis Musis precor. Vel est syllepsis numerorum.
Calliope autem vel solam, vel præcipue inuocat, quia
heroico carmini præsit, de qua multa separatim Gy-
rald. Syntag. de Musis. Requir lib. 7. dicta de Musa-
rum numero, nominibus, inuentis ex Ausonio, ibi,
Nunc agè qui reges Erato. Est autem sollemne poetis,
quemadmodum & Fabius monet, non modò in exor-
su poëmatum suorum Musas inuocare, sed longius eti-
am progressos: quando scilicet ad quippiam explicatu
paulò difficiilius, velut ad scopulum, seu vadum aliquod
delati peruererunt. Tunc vota iterant, & noua preca-
tione vtuntur: quomodo & oratores non solum in ex-
ordio, sed in medio quoq; orationis cursu beneuolen-
tiā auditorum renouant. ☩

1904
ORAS EVOLVITE BELLI) Oras pro spatio usur-
pauit Ennius 6. Annali, & Māro perdiligenter imita-
tus est. Ille, *Quis potis ingentes oras enoluere bellī?* id est,
tam ingentia belli spatia, quod maximum, & diurnis-
simum fuit. Igitur, euoluite oras belli, id est, belli spa-
tia explicate. Turneb. lib. 18. cap. 3. * *Oras belli euoluite,
nihil videtur aliud, quam illius & principia, & extrema explicata:
seu bellum totum explicata: non enim vult medijs pratermissis,
extrema differi.*

OPOPTVNA LOCO) Opportunum dicitur ab
eo, quod nauigantibus maximè viles, optatique sunt
portus.

SVMMA QVE EVERTERE OPVM VI) Lib. 12. Pro
se quisq; viri summantur opum vi. Ennius Annal. 4.
B Romanī scalis summantur opum vi.

DENSI TELA) pro, densa tela.

PRINCEPS CONIECIT) primus coniecit. Nam Ci-
ceroni, Lucretio, Horatio, Cæsari quoq; non tantum
dignitatis, sed ordinis item nomen est.

QVÆ PLVRIMA VENTO) gliscens, aut, & magna
facta per ventum.

POSTIBVS HÆSIT ADESIS) cariosis, carie con-
sumptis.

IN PARTEM QVÆ PESTE CARET) Pestem saepc
dicunt Latini pro noxa, & damno, ut Græci ὁλέθεγν, tā
pro iactura, damno, & strage, quām pro peste: hic pro
incendio, verè damno maximo. Virgil. lib. 5. *lentusq;
carinas Est vapor, & toto descendit corpore pestis.* Lu-
cret. lib. 3. *Discidium ut nequeat fieri sine peste, maloq;.*
CÆLVUM TONAT OMNE FRAGORE) suprà, calumq;
remugit.

----- quorum primævus Helenor,
Mœonio Regi quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis:
Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.
Isq; vbi se Turni media inter millia vidit,
550 Hinc acies, atq; hinc acies astare Latinas:
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, fescēq; haud nescia morti
Inijcit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit: & quā tela videt densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus inter & hostes,
Inter & arma fuga muros tenet: altaq; certat
Prendere tecta manu, sociūmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus
555 Increpat his victor. NOSTRASNE EVADERE DEMENS
SPERASTI TE POSSE MANVS? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnū
Sustulit alta petens pedibus Louis armiger vincis:
560 Quæ situm aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus. Vndiq; clamor
Tollitur: inuadunt, & fossas aggere complent.

QVEM FVRTIM SVSTULERAT) inconcesso thala-Dtollo. Tollere enim liberos dicebant, quos humi post
mo. De notione ista *furti*: dictum alibi. Sustulerat, à partitionem depositos tollebant, educandoq; suscipie-
bant.

bant. Vide supra, *Non ita me genitor bellis affuetus* O-pheltes Sublatum erudit. * Ipsa fustulerat, quia pater legitimus tolleret, non erat. Matres peperisse, patres fustulisse liberos dicuntur propriè. In Truculento sumptuosa meretrix eadem de causa, Si quod peperisse, id educare, & tollerem. Non igitur temere locutus est Maro.

VETITIS QVE AD TROIAM MISERAT ARMIS) Ex seruis ad militiam sacramento rogare, aut ullo modo admittere, nefas sanctum veteribus est, quod Cic. in Deiotariana significat, [cuius verba ita sonant, ubi agit de equitate, quem Desotarus Casari suppeditas misit. Ait (Phidippus accusator) in eo quem ex eo numero serum iudicatum. Non arbitror, non audiui: sed in eo, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.] & Martinianus in Digestis, de re militari. Ab omni, inquit, militia serui prohibentur, alioquin capite puniuntur. Pausanias auctor est, Persico bello, quod in campus Marathonii gestum est, primum seruos in militiæ iura admissos, quo nomine etiam tumulus interfectorum inibi visebatur. Post Cannensem cladem armata Romanis seruitia Volonum nomine Liuius tradit, quum prius singulos forent sciscitati, vellent ne militare. Vnde est nominis ratio. Sociali quoque bello in militiam libertos admissos primum, Appiani historia tradit. Rhodigin. lib. 25. cap. 23. * De hac re consulsto etiam Steuechium in Vegetinum lib. 1. cap. 7. Plin. quadam epistola querit à Traiano Aug. de supplicio seruorum, qui in tyrocinis repertis fuerant. Extat lib. 10. Nec serui modo, serui & alia hominum generi prohibebatur militia: qua tamen corrupta militari disciplina, adscripta sunt posterioribus temporibus. Ideo autem prohibebantur, ne honor militie, eorum virtute fædaretur, atque exilesceret. Excludebantur itaque serui, libertini, bisfriones, opifices sellulari, item proletarii, capite censi. Vide cap. 6. de militia Rom. apud Ioannem Antonium Valtrinum.

Lipsij verba sunt in Analectis ad dial. 2. libr. 1. de Milit. Tenuiores ad militiam non vocari, de bona illa, & composita repub. verum est: et si postea remissum. Adeo ut non libertini solum, sed serui etiam adscripti: sed ferre per ciuilia bella cum Virtus, & Honos ius suum ægre seruant. Exemplum tamen ab ævo Annibal, cum necessitas id expressit. Tunc enim non solum octo millia seruorum in militiam empta, quod Liuius, aliique produnt: sed etiam pastores aliquot ferociores in equites adsumpti. Docet Valerius lib. 7. ex Apulia quoq; & Fidiculis septuaginta, atq; ducentos ad equitatus supplementum emptos. Atque hos ipsos statim appellat à pastoralib. casis collecta mancipia. Pompeius etiam bello in Cesarem, eodem illo tractu seruos pastores armat, atq; his equos attribuit, quod ita in Cæsare scriptum Ciuilium. i.

PARMA QVE INGLORIVS ALBA) Parma est rotunda. Nam parma, inquit Varro, quod à medio in omnes partes par. Idem in fragmento quodam aquad No-nium, quem sequuntur iam rotundis cælites leues parmis. Notat Lipsius de Militia Rom. dial. 1. lib. 3. ibid. de cius materia, & magnitudine.

Tyrones primis stipendiis, seu primo anno clypeum gerebant sine omni arguento, & insigni candidum, quem clypeum appellat candidum vmbonem Persius sat. 5. nubigerum Statius libro quinto, Syluar.

*Quid tibitum tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactaq; cedibus arma?*

Turneb. libr. 20. cap. 1. De Camilla libro undecimo puraque interrita parma. Alioqui, vt est apud Vegetinum, libro secundo, cap. 18. ne milites in tumultu prælij à suis contubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus, diuersa in scutis signa pingebant. Ut ipsi nomi-

A naut deizuata. Præterea in aduerso scuto vniuersu- que militis erat nomen adscriptum, addito, ex qua es- set cohorte, quaue centuria. Vide in idem cap. Steuechium, & Alex. ab Alex. libro sexto, capite vigesimo secundo.

ISQ VE VBI SE TVRNI MEDIA INTER) Ni-hil profuit Helenori, quod ruinam turris eius sit, non enim euadere potuit millia hostium, in quos incidit. Is igitur vbi se hostibus vndique circundatum, nullamque fugiendi spem superesse vidit, ruit in confertos hostes ferrarum more, quæ viuendi desperatione se ingerunt ferro, & petunt mortem, quam vitare non possunt. Don.

VT FERA QVÆ DENS A) Adamauithanc comparationem Silius, eamque reddere tentauit ini- tio lib. 10.

*Paulus ut aduersam videt increbescere pugnam,
Cen fera, qua telis circumcingentibus, vitro
Afflit in ferrum, & per vulnera colligit hostem,
In medios fert arma globos.*

SUPRA VENABVL A FERTVR) Venabulum est te- lum venantium latissimum, & aciei longissimæ. Varro ov. luges. Nempe sues syluaticos in montibus sectaris venabulo, aut ceruos. Nonius.

AT PEDIBVS, LONGE MELIOR LYCVS) Cvt de Achille centies Homer. Lib. 5. de Darete, Ille pedum melior motu.

PRENDERE TECTA MANV) quia tum alti non erant muri, sed ad impetum tantum repellendum, vt Sallust. etiam ostendit, vbi Sertorium humeris sublatum per muros concendisse commemorat. Seruius. * Æneid. 2. prensant fastigia dextris. Sed muri sibi castrorum Trojanorum ad tempus tantum erant existatis: alsoqui Veterum muri, seu mania, firmi, magni, alti fuerunt, quod demonstrat Lipsius Poliorcet, libr. 3. dial. 5.

QUALIS VBI AVT LEPOREM) Aquila, & lupo Turnum, lepori, & agno Lycum comparat, ομεινας. Vide Seruium. & Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 12.

IOVIS ARMIGER) Aquila sacra Ioui, vt aliæ aues alii diis, deabusue. Arma Iouis sunt fulmen. Fulmina Ioui bello gigantæ aquila subministrasse dicitur. Ha-bes caussam huius epitheti. Sic appellat etiam lib. 5. Di-citur & Iouis ales lib. 1. *

MARTIVS A STAB. RAPVIT LVPVS) Marti dedica-tus est lupus, siue propter Romulum, Remumq; edu-catos, quod deridet Festus, qui vult non à ruma, sed à virtutum magnitudine vtriq; fratrū inditum nomē, quod pōun notum apud græcos vocabulum fortitudinem significet, vt inde scilicet ij nomen adepti sint, ve-lut ἀπὸ τῆς ἀλυσ Alcides: siue propter ipsam voracita-tem, quæ in bello crudiora est. Vnde & in sacris, gladi-riis meus deuorabit carnes. Hinc & Mauorti nomē, qua-si mares voranti: bellatores enim mares esse debent. Martios porrò lupos Virgilius, Martiales Horatius vo-cat. Apud Plaut. eos in tutela Martis cognoscit Strabax adolefcens, ita profatus: *Fuit adepol Mars meo iratus patri: nam oves illius hand procul absunt à lupis, &c.* Pie-rius lib. II.

F OSSAS AGGERE COMPLENT) Agger est cuiuslibet rei coaceruatio, vnde fossæ, aut valles possunt repleri. Agger Isidor. libr. 15. propriè dicitur terra aggesta, quæ vallo facto proprius ponitur: sed abusu, & muros, & munimenta omnia aggerem dicimus.

Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
 Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis
 Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem:
 Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asylas:
 (Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta)
 Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus:
 Turnus Ityn, Cloniumq; , Dioxippum, Promulumq; ,
 Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam:
 Priuernum Capys. hunc primò leuis hasta Themillæ
 Stinxerat: ille manum projecto tegmine demens
 Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
 Et lœuo infixa est lateri manus: abditaq; intus
 Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
 Stabat in egregiis Arcensis filius armis,
 Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
 Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
 Eductum Martis luco, Simethia circum
 Flumina, pinguis vbi, & placabilis ara Palici.
 Stridentem fundam positis Mezentius armis
 Ipse ter adducta circum caput egit habena:
 Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
 Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

ARDENT. TÆD. AD FASTIG. IACTANT) Aeneid. 2. A cuius auctoritas veritati præiudicare nō debet. Turneb. lib. 18. cap. 3.

INGENTI FRAG. MONT. LUCETIVM) Saxi exagge-
ratio est. Lucetij nomen apud alium auctorem inueni-
ni negat Seruius. Lingua Osca Lucetius dictus est Iu-
piter, à luce, quam præstare hominibus dicitur. Ipse est
enim nostra lingua dies pater, id est, diei pater.

STANTEM PRO TYRRIBVS) pro defensione
turri.

LIVIS HASTA) leuiter veniens, vnde & strinxerat
dixit, id est, paulum vulnerauerat. Seruius. Alibi istud
strinxerat, sic periphasi quadam extulit, *summum degu-
stat vulnera corpus*,

SPIRAMENTA ANIMÆ) Definitio pulmonum, à B
spirando, ut græcè πνεύμων ἀπὸ τῆς πνεύμ. Euripid. πνεύ-
ματος διαφορας. Suprà latebras animæ.

ARCENTIS FILIVS) qui & ipse Arcens dicebatur.
Vide Seruius.

FERRVGINE CLARVS IBERA) Ferrugo coloris ge-
nus est, qui vicinus est purpuræ subnigræ. Ibera, non
Hispana, sed Pontica, nam Iberia pars Ponti est.

GENITOR QVEM MISERAT ARCENTS) Ordo
est, stabat Arcensis filius Arcens in armis egregius.
Nam non congruit, ut huius filij prætermisso nomine
bis fiat patris commemoratio. Sic Seruius. Difficile
excusabis Maronem: videtur certè bis posuisse nomen
patris

SIMETHIA CIRCVM FLVM.) Simethus Sici-
liæ fluuius.

PINGVIS ARA) Pinguis valet diues, exéplo Græcorū,
quorum vestigia pedum solo premit libenter Maro. Est
enim frequentiss. apud poetas Græcos dici πίστα μόνον.
Quamquam non me latet, aliter explicari à Macrobio,

PLACABILIS PALICI) Qui fuerit iste deus, & cur
dictum placabilis, consule Seruius. Item Macrobiū Sa-
turnal. li. 5. cap. 19. Interpres Statij Lucretius in 12. The-
baid. ibi, *Siculosq; licebit Exorare deos*, sic narrat. Jupiter
Æthnam nymphā compressit, quam cum Iuno perse-
queretur, illa terræ implorauit auxilium, & in sinu eius
recepta, enixa est geminos, necdum partu maturo. Hos
terra tam diu intra gremium fouit, quamdiu lex vteri
postulabat. Vnde Palici, id est, bis geniti, sunt appella-
ti. Hos autem immites fuisse, & humano sanguine
placari consuetos, fabula confirmatum est.

STRIDENTEM FUNDAM) Fundæ vel ex lino, vel
ex setis fieri solebant. Est autem funiculus, qui duobus
capitibus manu capitur, altero cum ansula, ne exeat: al-
tero sine, ut dimitti possit, atque in medio latior est, ut
ibi lapis contineatur. Hunc circumacto semel, aut ter-
tium propter vim maiorem, valido funiculo, & ab uno
capite dimisso, vehementer proiiciebant. Fundæ in-
uentores facit Plin. Phœnices, libr. 7. cap. 56. Veget.
lib. 1. cap. 16. ex Floro, & aliis, Baleares.

LIQVEFACTO TEMP. PLVMB. DIFF.) De
funda veterum multa peritissimè Lipsius de Mil. Rom.
libr. 5. dial. 20. Vi, & effectu à nostris bombardis non
multum abierunt, immò eas superarunt. E plumbō v-
trumque telum, nec magnitudine, aut modo glandes
valde dispares. Qui viderunt, & interfuerunt militæ
priscæ, iis credendum, & illi scribunt fuisse tantum im-
petū in emissâ peritè funda, ut glans sæpe liqueceret in
medio cursu, concepto igne. Lucret. libro 6. plumb-
bea vero Glans etiam longo cursu volvenda liqueficeret.
Ouid.

AD NONVM ÆNEIDOS.

*Non secus ex arsit, quam cum Balearica plumbum
Funda iacit. volat illud, & incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus iuuenit ignes.*

Lucanus.

*Inde faces, & saxa volant, spatioq; solute
Æris, & calido liquefacta pondere glandes.*

*Statius, arsuras celi per inania glandes. Immò idem cum
fulmine comparat, volucres imitantur fulmina glandes.
Seneca Natural. lib. 2. cap. 56. Æra motus extenuat, &
extenuatio accedit. Sic liqueficit excussa glans funda,*

590 Tum primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces

*Ascanius: fortémq; manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat.*

595 Is primam ante aciem DIGNA, ATQVE INDIGNA RELATV
VOCIFERANS, TVMIDVSQVE NOVO PRÆCORDIA REGNO
Ibat, & ingenti feso clamore ferebat:

*Non pudet obsidione iterum, valloq; teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?*

600 En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hīc Atridæ, nec fandi fector Vlysses.
DVRVM A STIRPE GENVS: natos ad flumina primùm
Deferimus, sæuoq; gelu duramus, & vndis.

605 Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant:
FLECTERE LVDVS EQVOS, ET SPICVLA TENDERE CORNV.

*AT PATIENS OPERVM, PARVOQVE ASSVETA IVVENTVS,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur: versaq; iuuencūm*

610 Terga fatigamus hasta: NEC TARD A SENCTVS
DEBILITAT VIRES ANIMI, MVTATQVE VIGOREM.
Canitiem galea premimus: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

VOBIS PICTA CROCO, ET FVLGENTI MVRICE VESTIS:

615 DESIDIÆ CORDI: IVVAT INDVLGERE CHOREIS:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
OVERÆ PHRYGIÆ (NEQVE ENIM PHRYGES) ite per alta
Dindyma: vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos, buxusq; vocat Berecynthia matris

620 Idææ: SINITE ARMA VIRIS, ET CEDITE FERRO.

*TVM PRIMVM BELLO) Necessitas ostenditur, cum B
& ipsum Ascanium, quamuis puerum, venire ad arma
oportuerit.*

*ANTE FERAS SOLIT. TERRERE FVGACES) Ouid. 2.
Metamorph. de Apolline, & Pythonne serpente.*

*Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, nisi in damis, capreisq; fugacibus usus.*

*MINOREM GERMAN.) Maior enim Iuturna, fuit
nympha, de qua est lib. 12.*

*A& attritu aëris velut igne distillat. Nec id tamen perdit
vim teli: sed sic igneum veniebat in corpus, liquefacto
tempora plumbu Diffidit, ac multa porrectum extedit are-
na. Vno iētu ecce interficit. Nec miror de Dauid, qui
iuuenis, & inter fundatores hoc telo immanem Golia-
thū deiecit. Lege quæ subtexuntur de vi, qua lapides ex
ea veniebant, de longinquō eius cursu, & quam certò
tangerent, quod petebant.*

*MULTA ARENA) Inde proceritas corporis in-
singuatur.*

*DIGNA ATQVE INDIGNA RELATV) Horat. Ode 5.
Epod. Quid dixit, aut quid tacuit? Significat multa ef-
futuissile fine consilio, temere. Donatus ait, huiusmo-
di fere omnes quæ constant ex contrariis, proverbiales
existimari: quod genus sunt, fanda, atque infanda: fa-
cta, atque infecta. Plaut. Capt. Indigna digna haben-
da sunt, herus quæ facit. Terent. And. Quo iure, quæ
iniuria. Utuntur hoc loquendi genere boni scriptores,
cum per contrariorum complexionem omnes, & omnia intelligunt. Cic. lib. 1. Accusat. Omnes noti, igno-
tique.*

tiique. Plaut. Curcul. *Date viam mibi noti, atque ignoti.* Iterum Cic. ad Q. F. lib. 3. Omnia minima, maxima. Plaut. Asin. *Dignos indignos audire certum est.* Ista, & plura colligit Lamb. in Asinar. Plauti. Quin & hæc ex Demosthene, de Philippo, i. Clynth. *κύειον πήτων καὶ ἀποφίνων.* Et contra Midiam. *εὐγείας τοι εμοὶ οὐρεχῶς μηδὲ νομίζω.*

TVMIDVS QUE NOVO PRÆCORDIA REGNO) Aut noua regij generis affinitate: aut quia ipsi per regis filiam portio debebatur imperij, ut Seruio placet: aut forsan quod veteres, personas omnes regij generis, aut affinitatis, reges, reginasq; appellabant, ut lib. i. *sceptrum Ilione quod gesserat olim Maxima natarum Priami.* Vide German.

ET INGENTI SESE CLAMORE FEREB.) Apparet liquidd, Seruum legisse, *ingenem*, cum ita exponat, non erat ingens: sed esse le clamitabat ingenitem.

BIS CAPTI PHRYGES) Dirigena non esse ad normam secundæ classis poetarum carmina, ne ipsius quidem Virgilij Latinorum omnium facile principis, hæc indicabunt exempla. Primùm istuc ipsum. Non enim bis tantum, sed ter captum, excisumque Ilium tum fuisse censemus: primùm ab Hercule, deinde ab Amazonibus, postrem à Græcis, duce Agamemnone, ut probat Zees. Sic suprà.

*Stridentem fundam positis Mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena.*

Veget. lib. 2. semel circa caput agitandam fundam docet. Rursus Georg. 2. *in solita fugiunt in flumina phocæ.* Easalij poetæ Romani vitulos marinos appellant, tantum enim nomine discrepant. Georg. 2.

*Septima post decimam felix & ponere vites,
Et prenso domitare bones, & liciat terra.*

Nos hic poetam septimum, & decimum ad ea quæ enumerat, felices & commodos dies scribere opinamur: ita tamen, ut decimum septimo bonitate antestare dicat. Brod. lib. 4. cap. 27.

MORTI PRÆTENDERE MVROS) obiicere contra mortem: ut nihil intersit inter vitam, & mortem, nisi murus.

NOSTRA CONNVIA) Aut quasi Turni cognatus loquitur: aut inuidiosè retorquet, & vult caussam omnium esse communem.

QVIS DEVS ITALIAM) subaudi vobis promisit, aut sum tale quippiam,

QVÆ VOS DEMENT. ADEGIT?) Subaudi, huc curvertere.

NON HIC ATRIDÆ, NEC FANDI) Exaggeratio virtuperationis. nam non tantum se Troianis, sed etiam vitoribus præfert. *Fandi sictor Vlysses*, id est, aut fallax, aut λογοθύσαλος, qui dolum celat, sermonis ornatus.

DVRVM A STIRPE GENVS, NAT. AD FLVM. DEFER.) Videatur de Spartanis tractum moribus. Nam ut Seneca auctor est, lib. Suasor. i. Omnis sua decora sunt. Athenæ eloquétia inclytæ habebantur. Thebae sacris: Sparta armis. Idem, Eurotas amnis hanc circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam. Reprehendit tamen hunc morem Galenus de regim. San. lib. i. ut inhumanum, ac plane Scythicum, quum teneri cuti frigus sit inimicissimum, iuxta senariolum hūc Euripidis. *Ψύχος δὲ λεπτῷ χωτὶ πολεμιώτατον.* Vide Rhodigin. lib. 6. cap. 2

Sed illud sciendum, esse auctores, qui produnt, non aqua infantes, sed vino ablui à mulieribus solitos, experientum quoddam ipsorum habitudinis ita faci-

A entibus. Etenim dicunt huiusmodi rerum periti, agricultoribus obnoxios admoto meto debilitati, ac refoliui: qui autem sit valetudinis obfirmata, amplius acuere ac obstipare habitum. Idem Rhodigin. lib. 18. cap. 1. Galenus, & Auicenna infantes etiam sale aspergi, & aqua falsa lauari procipiūt. Causam lege apud eundem Rhodigin. lib. 6. cap. 2.

Non lögē diuersa tradit Victor. lib. 34. cap. 2. An maduertendum, inquit, priscum illum morem, quem Virgilius fecit prædicare Numanum, cum disciplinam Italorum in celum ferret, quod statim natos infantes ad flumen ferrent, & Posidonium, & Aristotelem idem facere solitos commemorare Ligures, propriumque ipsorum fuisse. Sed non solum hos barbaros, verum etiam Lacones in litteris proditum est, in Eurota solitos lauare statim natos filios. Hæc etiam seruare, institutumque eorum vetus fertur, dura, atque assueta malis natio, quæ nullam certam sedem habens vagatur liberè per omnes omnium tellures.

Non prætermittam quæ ad hunc locum illustrandum conducunt ex Iouiano. Sic ille lib. 1. de Fortitud. In eo vero quem ad præclaras, atque arduas res ipse impellere animus debet, quid esse potest indignius, quam tanta hæc corporis, animiq; teneritas? cum ne apis quidem aculeum, ut Cicero ait, sit latus absque summis clamoribus. At quo animo dicuntur, & audiuntur illa,

C Durum à stirpe genus, & quæ sequuntur deinceps pene totis decem versibus? Vides ut in eo gloriatur, quod à primis statim annis duratus laboribus, per omnem vitam cursum desidiam ignoret? Neque norit vñquam, quid fusus esset, ac mollities? Et sancte iure gloriatur, ut vir, ac planè vir. Videre licet alios nimis puerili animo cuncta paudentes. Alios, quamquam grauioribus in rebus, atque periculis, adeo tamen consternari, ut etiam cogitata exutiantur. Atque illi quidem in eo peccant, quod metuenda, ac non metuenda iuxta paudent: hi, quod à modo, mensuraq; ita décedunt, ut pene videantur exanimes. Sunt etiam quos ipsa præmeditatio territat.

Ad extremum, è Germanorum consuetudine tractum, inquit, Turneb. lib. 22. cap. 15. qui aquæ Rheni arbitrio explorabat partus, esset ne legitimus, an nothus, quæ de re epigramma extat. Hunc insignitum, peculiare ritum Germanis de exploratione liberorum, Tacitum omisisse in libro, quo eiusdem gentis mores descripsit, non iniuria miratur Lipsius. Prolem, inquit, natam ad Rhenum ferebant, clypeoque imponebant. Si vñdis abriperet, nothum censebant: si innataret verò, suam. Clodian. in Ruffinum. **E**t quos nascentes explorat gurgite Rhenus. Nonnus Dionysiacis ab hac causa Rhenum ἐλεγχιζάμον agnominat, velut iudicem, vindicemque coniugij. Lege etiam Juliani epistol. ad Maximum. *πέντε τὸν ὄφην*, &c. * Sic explorabant Celtæ suis partus, essent ne legitimi, an adulterini. Deferebant eos mons ab ortu ad Rhenum flumen, scutoq; impositos, alueo, quæ vñda rapido committebant. Quibus vñda pepercisset, agnoscebāt pro germanis, ac suis: pereentes duebant pro alienis. Ex adulterio conceptus. Epigramma autem, de quo Turnebus, est incerti auctoris Graeci, & refertur in latinu conuersum à Parrhasio Comment. in Claude nempe hoc.

Audaces rapido dubios in gurgite partus Explorant Celtæ, donec dijudicet vñda. Hæc nunquam capiunt gentes noua pignora matrum, quam prius imponant clypeo: tum flumina monstrans An genus obliquum fuerit, post mater ad vñdas Egeriam tendit natos visura recentes, Et suspensa timet censoris flumina Rheni.

Aristoteles quoque 7. Polit. admonet, ut statim, cum parui pueri etiam nunc sunt, patiendis frigibus

AD NONVM ÆNEIDOS.

1913

ribus assuecant, idque prodeesse multum affirmat ad Ano. Et te sulcos Serrane serentem. Claudio. libr. 1. in reliquam ætatem ab immoderatis illis defendendam. Quæ frigora corpus offendenter magis, morbosq; gravis important, si noua, neque vñquam ante a gustata venient. Ad bellica etiam studia id accommodatum affirmat, in quibus necesse est multis modis ipsa fortiter tolerare. Addit præterea, multis eum morem barbaris fuisse populis, ut suos in flumen frigidum infantes mergerent. Vide quid ex Aristot. & alijs Vrsin affectat. Vide insuper German.

Spartani infantes primum editos, vt labore firmarentur, rigidissima aqua fouebant, nudosq; in patientia laboris entriebant, nihilq; somni causa sternebant, &c. Alex. ab Alex. ex Plutarchi Lycurgo, lib. 2. cap. 25. vbi mira de gentium diuersarum consuetudine in infantibus educandis, instituendisque referuntur. Strabo lib. 3. de Cantabricis saemini. Mulieres cum perierunt, suo loco viros decumbere iubent, ijsq; ministrant, interque operandum ipsæ sè penumero infantes lauant, & inuoluunt ad alueum alicuius amnis acclinantes.

Cum educatione ista, qua Numanus Latinam sombrem educari gloriatur, rigida scilicet, & aliena ab omnimilitie, congruunt illa, quæ de Honorio filio, à parte Theodosio disciplinæ adhibito narrat Claudio. Panegyr. in 3. consul. ciud.

Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidias molles, nec marcidula luxu
Oria, nec somnos genitor permisit inertes:
Sed noua per duros instruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.
Frigor seua pati, graibus non cadere nimbis,
Aestuum tolerare inbar, transflare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planiciem cursu, valles, & concava saltu,
Nec non in clypeo vigilis perducere noctes,
In galea portare niues, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.

GELV DVRAMVS ET VNDIS) Lucret. lib. 5. Atq;
epe in duro durarent membra, manus.

SYLVASQVE FATIGANT) Ipsi fatigantur in syluis.
Aut pro feris sylvas posuit, in quibus sunt feræ.

FLECTERE LVDS EQVOS) Aliorum labor, nostra pueritiae ludus est. Æneid. lib. 1. de Neptuno, ca-
log. inuestus aperto Flectit equos. Horat. Ode. 7. lib. 3.

Quamvis non alius flectere equum sciens
Aequè conficitur gramine Martio.

In eo equitandi scientia maximè vertitur, vt equus se-
foris frænum moderanti pareat, & quamcunque in par-
tem velit ille, sequatur. Quod declarat locus Cæsaris
lib. 4. de bello Gall. vbi & eodem verbo vsus est, lo-
quens de esfædarijs Britanicis. Ac tantum vsu quoti-
diano, & exercitatione efficiunt, vt declivi, ac præci-
piti loco incitatos equos sustinere, & breui moderari,
& flectere, & pertemonem percurrere, & in iugo insi-
stere, & inde se in currus recipere citissimè possint. Ex
Lamb. in Horat.

PARVOQVE ASSVETA IVVENTVS) Laudata est ve-
terum Romanorum, & celebrata versib. poetarum in-
signis in perforanda paupertate patientia. Horat. de Fa-
bricio, Curio, Camillo lib. 1. Ode.

Hunc (Fabricium) & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum.
Sanapupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.

Virgil. lib. 6. parvoq; potentem Fabricium. Et de Serra-

1914

Europium, animosq; pauperis umbra Fabricij. Idem ibid. tuq; ð si forte inferna piorum Jugera, & Elysias scindis Serrane nouales. Horatius item pueros ab inuite
ætate assuefaciendo esse paupertati, & vita militari admonet, si quidem idoneos bello, & pace bonos ciues videre eos parentes velint, Ode 21. lib. 3.

Angustum amici pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat, & Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta.
Vitamq; sub dio, & trepidis agat.
In rebus

B Atque his quidem omnibus in locis coniungi pauper-
tatem cum militari fortitudine videamus. Neque etiam Româ tulit vñquam fortiores vlos, quâm eos, qui suos ipi agros coluere: neque præmium aliud ferè dedit vi-
ris fortibus, quâm agri aliquot, quæ bello soluti exer-
cerent suis bobus, iugera.

AUT RASTRIS TERRAM DOMAT) bene bellico
vslus est verbo: & ne à militari lege discederet, non di-
xit, terras colimus, sed domamus, ac si diceret, quum
hostes desunt, terras ferro domamus. Seruus. Lib. 3.
Iustinus, docens quo pacto Lycurgus Spartanos insti-
tuerit: pueros puberes non in forum, sed in agrum de-
duci præcepit, vt primos annos non in luxuria, sed in
opere, & laboribus agerent.

OMNE ÆVVM FERRO TER. VER. IVVEN. TER. FAT.
HASTA) Id sic accipendum videtur. Semper in mani-
bus tela militaria gerimus, etiam cum terram subigi-
mus. Nam & hasta pro boum stimulo vtimur, & ha-
sta tardos boues increpamus. Turneb. lib. 29. cap. 25.

NEC TARDÆ SEN. DEBIL. VIRES ANIMI) Bene
animi, quia non est ausus corporis dicere: nec enim po-
test fieri, vt quamvis robustus senex, vires habeat prio-
ris ætatis. Seruus.

CANICIELM GALEA PREMIVS) Tantum po-
test laborandi vslus, vt nec ipsi senectuti parcamus. Te-
gunt canicies galea, nec tunc immune periculis ca-
put est, quo debuit excusari propter senectutem. Do-
natus.

RECENT. CONVECT. IVVAT ET PRÆDAS VIVERE
RAPTO) Tauros, Scythas, Herodotus scribit in Melpo-
mene, furandi licentia sibi victimum comparare, atque
item ex bello. Refert Gellius, apud veteres Ægyptios
(quod genus hominum constat, & in artibus re-
periendis solentes cum primis exitisse, & in cognitione re-
rum indignada sagaces) furta omnia indiliminatim
fuisse licita, & proinde citra villam noxam, pœnamue.
Fortasse, (vt solet ad gentium consuetudinem alludere,
& mores veteres exprimere) idem hoc loco fecit de La-
tinis loquens Virgil. Rhodigin. lib. 18. cap. 1.

PICTA CROCO, ET FVLGENTI MVRICE VESTIS) Qui tales sunt, quales hic aliquot versibus Numanus
Troianos describit, ita delicate, ac molliter viuentes,
hi profecto armis tractandis idonei non censemur: sed
fusis deuoluendis potius, nec virorum, sed feminam-
rum digni sunt nomine. Hoc intelligens Cyrus, cum
sibi cauere vellet in posterum, facereque, ne Lydi re-
bellare denuo auderent, arma illis, & equos ademit,
iussitque (Iustino teste, lib. 1.) cauponas, & ludicas
artes, & lenocinia exercere. Sic gens industria quon-
dam potens, & manu strenua, effeminata molitie, lu-
xuriaque, virtutem pristinam perdidit: quosque ante
Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos
otium, & desidia superauit.

FFF* 2

CRO

Crocotium intelligit, quæ vestis crocotula à Plautio apud Festum dicitur, mulierumque erat, non viorum, ut ex Aristophane notum est, scribente in Ranis, ἐπὼν λεοντίνῳ οὐδὲν τελεύτῃ νομίνων. Quod enim Bacchus, & quæ essent muliebris sexus propria, & fortissimorum virorum miscuisse, illuditur. Sed & splendens purpura probro dabatur à sequentibus, ut appareat ex oratione pro Cælio: si quæ etiā minimorum horum aliquod offendit, si purpura genus. Plutarch. in Catone. διὰ περὶ τὸν ἔργον τὸν γαλανόποντα ἐρυθρόν, καὶ ὅτε τὸν ἀγαπημένον αὐτὸς ἐφόρησεν μέλαιναν. Itaque ut effeminatos, & semi-viros incessit Troianos. Turneb. lib. 22. cap. 15. & lib. 29. cap. 25. Et tunica manicas, &c. chiridotas expobat.

Cura quædam cultus, & ornatus non omnino vetatur fæminis, præsertim maritatis: in viris reprehenditur, eius negligentia laudatur: super quo multa Tirauell. in 3. leg. Connubial. à num. 45. deinceps. Tamen ut in his quoque vestitus sordidus vituperatur, sic mediocriter splendidus ad dignitatem, auctoritatemque vel comparandam, vel tueri dam est virilis.

Fulgenti murice, id est purpura, inquit Servius. Hanc autem vitio, & dedecori apud maiores fuisse constat. Iuuenal. peregrina, ignotaq; vobis Ad scelus, atq; nefas, quecumq; est, purpura ducit.

ET TUNICÆ MANICAS) Chiridotæ significantur tunicae (id est, manicatae, manuleatae, seu ad manum usque porrectæ) quæ viris erant probro, ut molles. Turneb. lib. 29. cap. 25.

Veteres Romani togam habuere sine tunica, qua de re sic Gellius. lib. 7. cap. 12. Tunicis ut virum prolixis, ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope digitos, Romæ, atque in omni Latio indecorum fuit. Viri autem Romani primò quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictæ, & breues tunicas citra humerum desinentes habuerunt. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli F. P. Sulpitio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia id quoque probro dedit, quod tunicis veteretur manus totas operientibus. Et D. Augustin. 3. de doctrina Christiana. Talaris, ac manicatas tunicas habere apud Romanos flagitium erat: quod etiam videtur (nempe hoc loco) confirmare Virgilius. Aldus Manut. de quæst. per epistolam libr. 1. cap. 2. * Statius lib. 7. Thebaid. dum Euneum Bacchi sacerdotem cū eius cultu describit, Brachiæq; in manicis. Plant. Pseudolo, manuleatam tunicam habere hominem decet? Hominem dixit pro viro: nam quis fæminas deceat, non dubitat Seneca epist. 33. eodem alludens, Apud me vero Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit. Quin & Cicer de genere quodam socrorum Catilina Orat. 2. Quos pexo capillo, nuditos, aut imberbes, aut bene barbatos videbis, manicatis, & talaris tunicis, & gelus amictos.

HABENT REDIMICULA MITRAE) Sic & Iarbas 4. Aeneid. ut semivirum, & mollem incessens Aeneam, mitræ usum, ut probrum obiect. Maonia mentum mitra, crinemq; madentem Subnixus. Mitram Lydorum, ut Troianorum mulieres gestabant, viris probrosam, multò magis, si redimicula haberet. Redimicula sunt, quibus mitræ religantur. sed & de mitris redimicula habentibus Euripid. Hecuba. εἰ γὰρ δὲ πλέονοι ἀνάδειτοι μύθοις ἐπρύθμουσαν. Turneb. libr. 29. cap. 25. * Lucret. lib. 4. Vocat anademata. Et bene parta patrum fiunt anademata mitrae. Luc. spiram, pallias, redimicula promit. * Habitum muliebrem induerunt mulierosi homines, indigni prorsus viorum nomine, & natura, Hercules, Sardanapalus, Clodius, Heliogabalus, & alii. Vide Tirauell. in 4. leg. Connubial. à num. 58. Immò Tertull. de Pallio, qui contra istam mollitiam disputatione acrimè.

O VERE PHRYGIÆ, NEQVE ENIM PMRYG.) Citra dubitationem respexit ad hoc carmen Homeri 2.

A Iliad. Ω πέπονες, καὶ ἐλέγχε, ἀχαιΐδες, οὐ εἰς ἀχαιοῖ. Vbi videre licet, homines molles, effeminatos, parumq; viros dici etiam pepones. Nam hic fructus simul atque maturuit, dulcis quidem est, verum flacidus, atq; inutilis. Est tamen Homero etiam interdum blandientis vox, ut Iliad. ζ. ὁ πέπον, οὐ μενέλαος. Chiliad.

Xerxem Artemisia regina Cariæ bello nauali aduersum Græcos strenue pugnando adiuuerat, in quo eius duces fuerat ignauiores. Vnde Rex hoc testimonio reginam honestast, ut Herodotus commemorat, οἱ μὲν ἄρδες γεγόνασι μοιχυαῖνες, οἱ δὲ γυναικεῖς ἄρδες. Viri fuerunt mihi fæminæ, ac vice versa, fæminæ viri. Quam verò acerbum viro sit vulnus, & contumeliae

B plenum, fæminam vocari, testatur Herodotus, ubi ait. οὐσοτάλλοις καὶ μεγάλα ἐργάζοντο, καὶ γυναικεῖς ἀπεξάλεον. Id est, quos adorti ingenti clade affecerunt, fæminasque nuncupauerunt. Idem alibi, οὐδὲ πέροις γυναικῶν κακίων, οὐδένας μήγιστος οὖτ. Apud Persas grauissima contumelia est, ut quis fæmina mollior vocetur. Nec abludit hinc Sesostris Aegyptij regis factum, qui quas gentes imbellies, & effeminatas subegerat, in earum finibus columnam cum incisa natura muliebri, quos contrâ fortis, ac masculas, columnam cum virili natura erigebat: illis muliebrem animum exprobrans, in his virilem audaciam, virtutemque ad posteros testificans. Diodorus, Pierius lib. 34. * Molles & effeminati aut fæminæ, aut fæminæ nominibus solent appellari. Item semiuires, & Cænas per coniunctionem à Turno lib. 12. Contrâ fæmine in quibus est virilis animus, merito & mascula, & viragines vocantur. In eos qui mollitia vestium, & ornatus superuacaneo, & cura capilli, & moribus imitantur mulieres, torquebitur apie illud Diogenis in adolescentem huiuscemodi. Non te pudet, qui peius tibi velis, quam ipsa natura voluit? Illa enim virum fecit, tu te in fæminam refingis.

BIFOREM DAT TIBIA CANTVM) Id est, bisnum, imparem, dissônum, dissimilem, non enim sunt pari modulatione compositæ. Vide Seruum.

TYMPANA VOS, BVXVSQVE) Lucret. lib. 2. agens de sacris Cybeles, siue Berecynthia.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum Concaua, raucis sonoq; minantur cornua cantu, Et Phrygio stimulat numero cana tibia m entes.

Ouid. de orgijs Bacchil. 4. Metamorph.

Fæminæ voces, impulsaq; tympana palmis, Concauaq; erasonant, longoq; foramine buxus.

Catull. de Atti in Galliambo.

Nineis citata cepit manibus leuetympanum, Tympnum, tubam, tua Cybele, tua mater initia: Quatiensq; terga tauri teneris caua digiis, Canere hac suis adorta est tremebunda comitibus.

Auson. epist. 25. tentis reboant caua tympana tergis. * Tympano tibain Plauti Trucul. est mollis, enervatus, curvatus, Gelutusq; è Cybeles sacerdotibus, qui Galls dicebantur, à Gallo Phrygia fluuo, & tympana in sacris suis pulsabant.

Non abs re, cum vellet significare tibiam Phrygiæ, buxum posuit, sed materiam tibiae Phrygiæ propriam nominavit. Nam vt Asiorum tibiae è loto erant, sic Phrygiæ è buxo. Pollux de tibiarum genere loquens, ελυμος, inquit, πῶν μὲν ὑλην τύπον, τὸ δὲ εὔρημα φρυγῶν. Sed & Elymus fortasse ille Virgilianus ab illa tibia nomé adeptus est: quamquam hoc pro indubitate affirmare, aut pro testimonio dicere nolumus. Turneb. lib. 30. cap. 39. Rhodigin. lib. 9. cap. 7.

MATRIS IDÆÆ) Ideæ mater dicta est ab Idæ seu Cretæ, seu Phrygiæ monte, utrobique enim culta est. Lucret. lib. 2. Hanc varia gentes antiquo more sacrorum Ideam vocant matrem. Ouid. in Fast.

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit, & Idæ festa parentis erunt.

Ædem

1917

AD NONVM ÆNEIDOS.

Aedem Cybeles in Idam monte Claudian. describit in 1. A
deraptu Proserp. Sic ait (Ceres) & fulvis serpentibus at-
tigit Idam, Hic ades angusti dea, &c.

- 625 TALIA IACTANTEM DICTIS, AC DIRA CANENTEM
NON TULIT ASCANIUS: neruoq; obuersus equino
Contendit telum: diuersaq; brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus.
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram sollennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum,
Candentem, pariterq; caput cum matre ferentem:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
630 Audijt, & cæli genitor de parte serena
Intonuit lætum. sonat vna lethifer arcus:
Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perq; caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Trajicit. I, VERBIS VIRTUTEM ILLVDE SVPERBIS.
635 Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.
Hæc tantum Ascanius. Teucri clamore sequuntur,
LÆTITIAQVE FREMVNT, ANIMOSQE AD SIDERA TOLLVNT.

TALIA IACTANTEM) ad suorum gloriam.
AC DIRA CANENTEM) ad iniuriam Troianorum.
NON TULIT ASCANIUS) Æneid. 2. Non tulit hanc
speciem furiata mente Choræbus Lib. 8. Non tulit Alci-
des animis. Lib. 12. Non tulit instantem Phegeus, animisq;
frenementem..

CONSTITIT ANTE IOVEM, SUPPLEX) Atqui Apollinem inuocare debuit, iaculaturus: sed dicimus ideo Iouem inuocatum, quia initium debetur Ioui: vt,
Ab Ioue principium Musæ. Vnde Ascanius non quid faciat, cogitat, sed quid primum. Seruius.

IUPITER OMNIPOTENS) Hoc epitheton inter-
dum ad numinis gloriam ponitur, interdum ad causam dicentis. Namque hoc loco dicendo omnipotens, ostendit eum etiam ijs, qui per se minus valent, praefare posse virtutem. Seruius.

AVDACIBVS ANNVE COEPTIS) Quomodo voce
annuere vterentur antiqui in precibus ad deos, ex poe-
tis, item Lilio, Plinio productis locis demonstrat Bris-
son. Formular. lib. 1. num. 74.

FERAM SOLLEM. DONA) Promittit se alia qua-
dam dona laturum, nam feram de iuuenco non di-
cimus.

AVRATA FRONTE IVVENCVM) Est hoc quidem
ritu Romano à Virgilio scriptum: sed non sine antiqui-
tatis effigie, nam & ita Homerus scribit, Iliad. x.

Tiv̄ τοι ἐγώ πέτε χρυσὸν κέρας τερψίας.
Mactabo hunc superis auratum cornua taurum.

Turneb. libr. 29. cap. 25. Solebant cornua victimarum inaurari, testis Homerus Odyss. 2. Iliad. x. Virgil. 1. Georg. & hoc ipso loco, Ouid. libr. 7. 10. & 15. Met. Macrobi. libr. 3. cap. 5. Saturnal. Alexand. Neapolit. lib. 3. cap. 12. Annotavit Hartung. Decur. 3. lib. 8.

Seneca Oedipo, Aureo taurus rutilante cornu La-
bitur segniis. Tibull. Semper inaurato taurus cadit ho-
stia cornu. Ouid. 11. Metamorph. blandis induit corni-
bus anrum. Concederant icta nunc a cervice iuuencia, Iu-

1918

SINITE ARMA VIRIS) Vos qui mulieres estis, re-
linquite nobis arma, qui viri sumus.

Buenal. & auratam Junoni cede iuuencam. Tertullian.
Hunc tibi Iuppiter bouem cornibus inauratis vœ-
mus esse futurum. Plin. lib. 33. cap. 3. Deorum honori
in sacris nihil aliud excogitatum est, quam ut auratis
cornibus hostiae maiores duntaxat immolarentur. Plu-
tarach. dum Pauli Ämilij triumphum describit, μάλα οὐ-
τότερος ἡγούμενος τερπίου βούς ἔχειν μέτρος οὐ-
κανέροι, νέα σέμασιν. Post eos ducebantur auratis cor-
nibus boves centum viginti, vittis ornati, & sertis. Hæc
Delrius in Oedip. Senecæ collegit. Seruius consulto di-
ctum putat iuuencum: quia Ioui de tauro non immo-
laretur, nisi triumphi nomine. Quod ideo tamen ad-
missum, quia non tantum Ioui, sed aljs ijs, quæ bello
C prosum, sacrificabatur.

CAPV CVM MATRE FERENTEM) æqualem ma-
tri, nondum patri.

CÆLI DE PARTE SER. INTON.) Ennius. Cum
tonuit lauum bene tempestate serena. Varro sat. Eumeni-
des. Dum sermone cænulam variamus, Interea tonuit
bene tempestate serena. Fulmina, & tonitrua cælo puro,
ac sereno fieri meritò negat, Lucret. lib. 6.

Fulmina gignier è crassis, alteq; putandum est
Nubibus extractis. Nam cælo nulla sereno,
Nec leniter densis mittuntur nubibus unquam.

Tamen id Virgil. sèpius factum dicit, hoc videlicet lo-
co, & 2. Æneid. Item Horat. Ode 34. libr. 1. Sallustius
quoque in Catilinario bello narrat M. Herennium die
sereno fulmine iictum esse. Sed in his intelligendum
est tonitrua, & fulmina naturalia cælo nubilo, & altè
extractis nubibus fieri: prodigiosa autem, & diuina, pu-
ro, & sereno. Quod ad Horatij locum spectat, videtur
ille significare, talia fulmina malum sibi minari, nisi re-
sistat: eademq; valere ad se, & cæteros homines ab
impietate deterrendos. Nam tonitrua, & fulmina diu-
na, qualia sunt ea, quæ cælo puro sunt, tristia, & mala
portendunt hominibus. Adde his Homeriloci Odyss. u-

H μεγάλη ἐλέφωνας ἀπ' ἕρεννος ἀστρεψίο.
Ovid. met. 1. 25. 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817,

S Y M B O L A R V M L I B . X I V .

1919

Id est. O Iupiter, profecto grauerit è celo tonuisti: ne que tamen vsquam nubes es: ostentum igitur aliquod tuum nobis præbes. Ex Lamb. in Horat. Vide insuper quæ posuimus Georg. i. ibi, *Non alias celo ceciderunt plura sereno Fulmina.*

INTONVIT LÆVVM) læua tonitrua, auguria, & auspicia ideo putatur feliciora, quod quæ nobis sinistra sunt, ea superis dextra dimitti creduntur. Videndi super hoc Dionysius libr. 2. Plutarch. problemat. Plinius. Sic 2. Æneid. subitoq; fragore Intonuit leuum. Ouid. 4. Fast.

*Ille precabatur, tonitru dedit omnia laeo
Jupiter, & laeo fulmina missa polo.*

Ad eandem quoque sinistra patris superstitionem pertinet locus ille Ciceronis in Mario.

Partibus intonuit cali pater ipse sinistris.

Sic aquila clarum firmavit Jupiter omen..

HORRENDVM STRIDENS ELAPSA SAGITTA) Sagitta à sagaci iaetū dicitur, id est, veloci ietū. Pennis enim fertur quasi avis, ut celeriter mors perueniat ad hominem. His primum Cretenses vni sunt. Vnde Dictæ sagittæ poetis. Isid. lib. 18. cap. 8.

PER QVE CAPVT REMVL VENIT) Figmenta

- Ætheria tum fortè plaga crinitus Apollo
Desuper Aufonias acies, vrbemq; videbat,
640 Nube sedens: atq; his victorem affatur Iulum.
MACTE NOVA VIRTUTE PVER (SIC ITVR AD ASTRA)
Dijs genite, & geniture Deos. iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident:
Nec te Troia capit. simul hæc effatus, ab alto
Æthere se mittit: spirantes dimouet auras:
645 Ascaniumq; petit: forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
OMNIA LONGÆVO SIMILIS, vocemq; coloremq;
650 Et crines albos, & saeva sonoribus arma:
Atq; his ardenter dictis affatur Iulum.
Sit fatis Æneide telis impunè Numanum
Oppetisse tuis: primam hanc tibi magnus Apollo
655 Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:
Cætera parce puer bello.

CRINITVS APOLLO) Hoc adiuncto eum afficit C. Ennius. Philostratus iunior in Heroicis, Pindarus in Isthm. Ode 1. ἀνερέχουν vocant, οὐδὲ τὸ αὐτὸν καί τιπών καί πον. Vnde per periphæsin Propertius lib. 3. & Ouid. lib. 3. Trist. intonsum deum dixerunt, & Horatius carmine sacerulari intonsum Cynthium. In lusibus in deum horrorum dicitur comosus Phœbus. Rursum Pindarus χαῖθον nominauit in Pyth. Mos fuit antiquissimus illis saeculis, ut ephebi comam Apollini nutritarent, qui deinde cum prima genas vestiret flore innuenta, Delphos se conferentes, comæ primitias deo offerebant, cuius consuetudinis meminit in Theseo Plutarchus. Hæc Hieron. Columna ad Ennij Alcmæon.

MACTE NOVA VIRTUTE) Sic apud Silium lib. 4. Mars Scipionem adolescentem, postquam ille multis imperfectis patrem consulem seruauit, latus compellat, & prædicat.

A hæc vulnerum non sine ratione ponunt poetæ: nam modò hunc ideo in capite dicit esse percussum, quia eū supra vaniloquum, & superbum introduxerat, quod vitio capitis euenit. Seruius.

INVNC ET VERBIS VIRTUT. ILLVDE SVP.) *σαργασ-*
μός. Leoninus utique versus sine controversia, quales & alij obseruati sunt in hoc poetarum signifero. Dicamus illud, *Emendaturus, si licet, erat.* Quare istiusmodi versus appellantur leonini, caussam quærit Scalig. Poet.lib. 2. cap. 29. Vir quidam non vulgari doctrinæ ab initio echinos credit forsitan, vel appellatos, vel appellandos fuisse ab ἵχῳ, quæm vocis imaginem Cicero, Horat. Lucretius dixerat, resonat enim pars posterior, B seu hemistichium posterius priori, ac repercutit syllabam quodammodo. *¶*

HOC TANTVM ASCAN.) Vel, dixit, ut alibi, Nec plura. Vel, & dixit, & fecit.

TEVCRI CLAM. SEQVVNTVR LÆTITIAQ. FRE-
MVNT) Commoti Troiani ex felicitate facti, extulerunt clamorem cum læto fremitu, & sperantes tanto auspicio meliora, plurimum gratulabantur. Donat. *¶*

Tum celo è curru Manors, Carthaginis arce
Exscindes, inquit, Tyrios ad fædera cuges:
Nulla tamen longo tanta exortetur in auro
Lux tibi chare puer, macte, ô macte inde sacra,
Vera Jonis proles.

Mactare est magis augere. Cic. 1. Tuscul. Macte virtute, ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim. Liuius lib. 10. Tu quidem macte virtute, diligenterque esto. Attius Philoeteta. Ut dixi, macte hic, armisq; macte virtutem patriæ. Lucil. Satyr. lib. 5. Ma-
ete, inquam, virtute, simulq; his versibus esto. Turpil. Boethontibus. Macte virtute esto. Pacuvius Dulorest. Macte esto virtute, operaq;. Cernis veteres liben-
ter vocatium hunc macte, cum vocabulo, virtute co-
iunxisse, auferendi casu scilicet. Est autem sermo tra-
ctus à sacris, ut moneret Seruius, & est verbum pontifi-
cale. Quoties enim aut thus, aut vinum super victimā
funde-

1921

AD NONVM AENEIDOS.

fundebatur, dicebant, *mactus est taurus*, hoc est, cumulata est hostia, & magis aucta. Inde etiam mactare, pro magis augere. Cic. de Repub. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Et apud Plaut. *ego te macto infortunio*. Solitos item vinum diis fundere in altaria, declarat Arnob. lib. 6. cum his verbis. *Mactus hoc vino inferio esto*. Quæ verba ibidem considerat, & argute irridet. Interpretatur autem sic. Quid est aliud, quam dicere tantum esto mactus, quantum volo: tantum amplificatus, quantum iubeo, &c.

Noua virtute, vel magna, eximia, vt, *Pollio*, & ipse facit *noua carmina*: aut reuera noua, quantum ad bellum.

DIIS GENITE, ET GENITVRE DEOS) Imitatus est B h̄c Seneca in consolat. ad Martiam, cap. 15. Quid aliorum tibi funera Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim videtur violare fortuna, vt sic quoque generi humano prospicit: ostendens ne eos quidem, qui diis geniti, deosque genituri dicuntur, sic suam fortunam in potestate habere, quemadmodum alienam. Observauit Muretus in Notis. *Diis genite*, inquit Seruius, propter Venerem: *geniture deos*, propter Iulium Cæarem, & Augustum.

GENTE SVB ASSARACI) Romanam intelligit, indeisque ab Assaraco propagatam. Assaracus fuit pater Capyos, avus Anchise. Sic in 1.

*Cum domus Assaraci Phthiam, clarasq; Mycenas
Seruitio premet, & vieti dominabitur Argis.*

NEC TE TROIA CAPIT) Philippi ad Alexand. filium apophthegma expressit. *ζητει οεαντω βασικειαν τον, πανδονια τον χρονιν*. Quibus verbis eius generosamindatem, quod Bucephalum concendiisset, laudavit. Brod. lib. 1. cap. 26. & Turneb. * *De Bucephalo memoria proditum* a Q. Curtio lib. 6. in hac Verba. Namque ille nec in dorso infidere suo patrebatur alium, & regem, cum Sellet ascendere, sponte genua submittens excipiebat, credebat, ut sentire, quem & chereret. Iucunda est de hoc equo apud Plutarchum narratio, lib. *Vtra animalia plurimas habeant, terrestria, an aquatica. Bucephalus quantissimum nubes erat, concendentum se etiam equi sunt dabant: ornatus vero regiam auleis, collaribusq; neminem admittebat, Alexandro tantum accepto: ceteris periculum facturis, aut aliqui propriis accidentibus, ingenti binatu occurvere, insultareque ac nisi cederent, fugaq; sibi consularent, proterere solitus.*

SPIRANTES AVRAS) spirabiles, vitales, quibus spitemus, & viuimus.

FORMA TVM VERTITVR ORIS ANT. IN BVT.) De lignis eius hominis formam, qui antiquitatis, & exercitationis longinquitate collectæ merito, sanum consilium dare posset, & debuisse audiri. Donat.

----- *Sic orsus Apollo*

MORTALES MEDIO ASPECTVS SERMONE RELIQVIT,

Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Agnouere deum proceres, diuinaq; tela

660 Dardanidæ, pharetramq; fuga sensere sonantem.

Ergo audum pugnæ dictis, ac numine Phœbi

Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus

Succedunt: animasq; in aperta pericula mittunt.

It clamor totis per propugnacula muris:

665 Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.

Sternitur omne solum telis: tum scuta, caueq;

Dant sonitum sictu galeæ, pugna alpera surgit:

Quantus ab occasu veniens pluialibus hœdis

Ggg *

1922

FIDVSQVE AD LIMINA CVSTOS) Seruum atriem, vel atriarum significari putat German. Elegans quidam vsus vocabuli, ad, explicatur à Cantero libr. 3. cap. 20. Propert. *Iam liber, & fortes memorare ad prælia turmas*, cum bellicas vellet, seu bellicosas dicere. Nec aliter paulo post stait. *Nunquam venales essent ad munus amicae*, id est, mercenariae, & vt ita dicā, municipes. Iam in fine lib. 3. dicit. *Hinc tibi ad eloquium ciues, hinc ampla nepotum Spes*. Vbi eodem pacto facundos, & eloquentes ciues innuit: videtur enim hoc prouerbij huius vsu præ cæteris hic poeta delectatus, quin etiam paulo breuius idem lib. 4.

Sobrius ad lites: at cum est impressa corona,

Clamabis capiti vina subesse meo.

Et aliquando post, *Lygdamus ad cyathos*, cum h̄c pinceram, illuc aduocatum, & caussarum patronum indicare vellet. Et lib. 4. eleg. 2. *Pastorem ad baculum possum curare*. quod est, pastorem me dixeris, si pedum habeam. Ergo fidus ad limina custos, est fidus liminū custos. Requiere præterea li. 10. super illo, *biuq; ad frana leones*.

ET CRINES ALBO S) id est, canos Tibull. eleg. 8. lib. 1. *Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos*. Plaut. Trinum. *ad istam capitum albitudinem*.

SÆVA SONORIBVS ARMA) strepitu terribilia, exponit Seruius. Vocabulo sonor pro sonitu non semel vsus inuenitur Lucretius, id q; aliás quoque testatus sum.

CHIS ARDENT. DICTIS AFFATVR IVL.) Solent secundæ res erigere homines etiam ætate prouectos: sed quando ad pueri animum ventum est, sic ardore cœpit, & prosperis ferri, vt alia quoque non dubitaret audere: sed hunc Apollo ita reuocat, vt sciat Ascanius, animum suum robustiori ætati reseruandum. Donat.

PRIMAM HANC CONCEDIT LADEM) Dicendo hanc, pollicetur & aliam. Concedere autem ei se dixit ideo, quia sagittarum deus est: & licet eum Jupiter iuverit, Apollo tamen sibi suum officium vindicat: quod dicit se concessisse, quia non prohibuit. Ea enim, quæ ab aliis numinibus poscimus, tunc implentur, si nō aduersentur numina, quorum propria sunt, quæ possumus: vnde & in 4. ait, *adero, & tua si mihi certa voluntas, hoc est, quod in me est, iungo eos: restat, vt & tuum impleri velis officium*. Seruius.

PARIBVS NON INVIDET ARMIS) Expone, pari gloria. Nam vt Apollo puer occiso Pythonem vultus est matris injurias: sic Ascanius occiso Numano, Trojanorum castra, iniuriasq; defendit. Paribus ergo armis, id est, similibus: non peritia, sed genere victoriæ. Seruius.

Verberat imber humum, quā multa grandine nimbi
In vada præcipitant, cūm Iuppiter horridus Austris
Torquetaquosam hyemem, & cælo caua nubila rumpit.

SIC ORSVS APOLLO) Modò locutus, aliàs, cœpit
quod magis est proprium, lib. 1. sic Venus, at Veneris
contra sic filius orsus. Æneid. 2. Inde toro pater Æneas sic
orsus ab alto. Lib. 12. sic Iuppiter orsus. Lib. 6. Tunc sic or-
sal loqui vates. Orsa pro initii, lib. 10. & in melius tua,
quipotes, orsa reflectas.

MEDIO SERMONE) quia non respondit Ascanius.
Totus autem sermo ex dicente, respondentēque con-
ficitur.

FVG A) discessu.

PHAR. SONANTEM) quia dixit suprà, & sensa sono-
ribus arma.

DICTIS, AC NVMINE PHOEBI) Dicitis, propter audi-
tam orationem. Numine, propter agnatum deum. Pro-
hibebant eum pugna propter ea, quæ dicta erant, & ci-
p̄iam auctoritatem cogniti in discessu Phoebi inter-
ponebant.

IPSI IN CERTAM. RVRVS SVCCED.) ut pote, quos
aperta exempla certos, securosque præstiterant.

AMENTA QVE TORVENT.) Tela amentis tor-
quent. Quem possumus non rerum modò, sed verbo-
rum etiam explicatorem Iusto Lipsio inuenire magis
peritum, magis sedulum? Iacula, inquit, aliàs sola ma-
nu mittebantur: aliàs loro reuinēta, & eo excusso adiu-
uabantur. Id dicebant amentum. Glossæ, amentum,
āp̄ua ἀνοτίαv, vinculum iaculorum. Festus, Amenta,
quibus ut emitti possint,vinciuntur iacula. Ex Græco,
quod est āp̄uera, vel quia aptantes ea, ad mentum tra-
hant. Latini, & nodum vocant, ut Silius lib. 1. *Huic im-
pulsa leni torquetur lancea nodo.* Statius in 3. *Fræna te-
nent, duplexq; inserit missile nodo.* Item ansam. Inde an-

A satae Ennij, & Ansatas mittunt è turribus. Iterum. Post-
quam defessi sunt stantes spargere sese Hastis ansatis. Ha-
benam etiam alijs. Fuit autem non aliud, quam lorum
reuinētum in hasta media circiter, quod manui dein-
de, & primoribus digitis illigabant leuiter, in emissu
cum impetu soluendum. Hæc ipsa ille copiosius, & ex-
plicatus, & multa præterea huic pertinentia, quæ tute
leges cum voles, Poliorcet. lib. 4. dial. 4.

STERNITVR OMNE SOLVM TELIS) Concin nius vtiq;
hoc: Enniano istuc, Sparsis hastis longis campus splen-
det, & horret.

DANT SONITVM FLICtv GALEÆ) infrā. si repit as-
siduo caua tempora circum Tinnitu galea. Vsi sunt sim-
plici fligere Liuius Ægilisto. Ipse se in terram fancius fligit
cadēs. Attius. επὶ ωντὶ μέχε. Nec perdolescit fligi socios mor-
te, campos contegi. Et Ægilisto. Heu cuiatis stirpem fun-
ditus Fligi studet. Lucret etiam lib. 2 nam cita supernè
Obuia cum flixere, sit, ut diversa repente Dissiliant. Est
autem fligere, per concursum se mutuò tangere, & con-
cutere, cum sono: & flictus hīc erit. Λόφος ἐκ τῆς οὐρά-
ς. Vsus etiam Ausonius. Cymbala dant flicitu sonitum.
Silius. galea horrida flicitu. Ennius Annali 15. aliis verbis,
codem tamen sensu, & Erata resonant galea.

QVANTVS AB OCCASV VEN.) Vide Vrsin.

QVAM MVLT. GRAND. NIMB. IN VAD. PRÆCIP.)
Valerius Aeditus in epig. Aut imber cælo candidu præ-
cipitans.

AQVOSAM HYEMEM) non ipsum anni tempus,
quod dicitur hyems, & æstati opponitur, sed pluviā
densam cum vento significat, ut alibi.

Pandarus, & Bitias, Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco sylvestris Hiera,
Abietibus iuvenes patriis, & montibus æquos,
Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt,
Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextrâ, ac lœuâ pro turribus adstant,
Armati ferro, & cristi capitâ alta coruscî:
Quales aëriæ liquentia flumina circum,

675 Siue Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Irrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentes:
Continuò Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon,
Agminibus totis aut versi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.

TVM MAGIS INCRESVNT ANIMIS DISCORDIBVS IRÆ:
Et iam collecti Troës glomerantur eodem,
685 Et conferre manum, & procurrere longius audent.

IDÆO ALCANORE CRETI) sanctissimè, & religio-
sissimè colebatur à Troianis Iupiter cognomento Idæo-
D us, & apud Homerum Iupiter Ἰδηστι μεν σε πενυμέ-
ro dicitur, & inuocatur. Ei locus erat in Idæ monte ubi
educati

AD NONVM ÆNEIDOS.

educi fuerunt Pandarus, & Bitias, & templum habebat ibi in alto Gargaro. Turneb. lib. 22. cap. 7.

S Y L V E S T R I S H I E R A) Non satis perspicio, quæ sit ratio syllabæ in hoc verbo, in quo contra natura videatur media tendi: & cum nescio quod miraculum hic latere subdorer, parum abest, quin quemadmodum legimus à cerua, cane, lupa quosdam nutritos, sivos a sylvestri hyena educatos esse suspicer. Certè in hanc coniecturam prono labor animo: quāquam eam vix spero commendari, approbarique posse hominibus doctis. Turneb. 22. cap. 7.

A B I E T . P A T R I I S , E T M O N T . Æ Q V O S) patriæ abies sunt Idææ. Homer. κατπησε ταις ἐλάτησιν σούβρες ίψιλοι. Qui autem sunt ea corporum magnitudine B quæ hic describitur montium similitudine, Græcis sunt επλόειοι, παρὰ τὸ πέλαθος εἶναι κατὰ τὸ μέγεθος.

P O R T A M Q VÆ D V C I S I M P E R I O) Hunc locum manasse ex Iliad. lib. 22. docet Macrob. libr. 5. cap. 11. Scimus, quod Mnestheo, & aliis ducibus imperauit Æneas ad petenda proficisciens auxilia, ne portas aperirent, vt castra modò, & tutos seruarent aggere muros. Item legimus Mnesthea, & Sergestum ductores fuille, & rerum magistros, non Pandarum, & Bitiam. Unde apparet, quod hunc locum male intellexerit Donatus, dicens coimissam portam, id est, creditam, Pandaro, & Bitæ, qui duces non erant. Cornutus verò melius sensit, dicens, portam quæ ducis imperio commissa fuerat, hoc est clausa, eam aperuerunt. Commisura enim dicitur tabularum coniunctio: sicut Cic. in Fundania meminit. Ergo melius est, vt commissam, clausam dicamus, quam creditam Pandaro, & Bitæ. Seruius.

P R O T U R R I B V S) Ad vicem turrium propter proceritatem corporum ingentem. Statura quædam dicitur commoda, media, militaris. Hanc qui superarent, dicebantur statura proceri. Adi Vegetium lib. 1. cap. 5. Ibid. Steuechium. Aut fortasse dictum sit, eo sensu, quo suprà illud, Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam.

Q V A L E S A E R I E LIQVENTIA) Comparatio Homericæ, vide Scruium. Idem ait commemorari fluum Liquietum, nec esse epitheton, & legendum liquetia, non liquefiantia. De eadem re consule German.

A T H E S I M P R O P T E R A M O E N V M) prope, aut iuxta Athesim. Athesis fluvius ex alpibus Tridentinis labitur Veronam. Terent. Adelph. Hic propter hunc assisse. Cic.

A 2. de Inuent. Fluuius Eurotas, qui ppter Lacedæmonem fluit. Aliquando sine nomine ponitur, & ad uerbij vicem gerit. Terent. Adelph. Est ad hanc manum facellū, ibi angipotum propter est.

I N T O N S A Q V E C E L O A T T O L . C A P . E T S U B L I M I V E R T . N V T A N T) Ennius, Capitib⁹ nutantes pinos, rectasq⁹ cupressos. Quem ad locum hæc differit Fragmentorum Ennianorum à se conqueritorum, dispositoryque explanatory solertissimus, & ingeniosissimus Hieron. Columna, quæ ad versum Maronianum quasi face luculēa collustrandum, sunt per quam apposita. Pulcherrimè nutare, quod hominis proprium est, ad arbores transtulit. Nec quidem remota translatione arborum summitates capita dixit, eisque nutandi actum tribuit, cum hæ animalium structuram, atque opificium mirific referant. Habent enim & radices quasi pedes, è quibus caudex, qui & truncus, & stipes dicitur, sursum asurgent: vnde tanquam brachia rami diffunduntur, & inde furculi, quasi digiti. Eas etiam oculos habere quis neget? quibus frondes pro coma sunt: fibræ pro pilis: humor pro sanguine: cortex pro cute: cui subest caro, adeps, ossa, venæ, cor, medulla, nodi: quos Aristoteles neruis persimiles putauit lib. de plant. Catull. Ennij emulazione, conigeram nutanti vertice pinum: ita enim duo calamo exarati habent, vulgati autem, sudanticorice. Idē rursus, Non sine nutanti platano. Virgil. de querubus intonaq⁹ celo Attollunt capita, & sublimi vertice nutant. Idem 2. Æneid. Et tremefacta comam concusso vertice nutat. Eclog. 6. tum rigidas nutare cacumina quercus. Ouid. lib. 2. Amor. Dum bene diues ager, dum rami pondere nutant. Septimius Serenus pulcherrimè pino brachia, & trepidationem tribuit. Pineabracchia cum trepidant stridentia fabris.

I R R V M P V N T , A D I T V S) Non aditus rumpunt, qui iam patebant: sed irruunt Rutuli, vt viderunt aditus, porta patefacta. Donatus.

C O N T I N V O Q V E R C E N S , E T D V L C H E R) Hi primò venerunt, vt reseratam portam violenter introirent: sed aut versi sunt trudentium agminibus, aut limine in ipso maectati. Aut, aliqui fugati sunt, aliqui interempti. Donatus.

C O L L E C T I T R O E S G L O M F R A N T V R Tanti facti exemplo animati Troiani densabantur ad portam, remotaque trepidatione omni, & egredi longius audebant, & alios cominus prouocare. Donatus.

- 695 Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; viros, defertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit inceptum, atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam: fratresq; superbos,
Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti
Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aëra per tenerum, stomachoq; infixa sub altum
700 Pectus abit, reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepeſcit.
Tum Meropem, atq; Erymantha manu, tum sternit Aphidnum,
Tum Bitian ardenter oculis, animisq; frementem,

Ggg* 2 Non

- 705 Non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis aëta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplice squama lorica fidelis, & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.
- 710 Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxe a pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ:
- 715 Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime, Iouis imperiis imposta Typhoeo.

FERVERE CÆDE NOVA, ET PORT. PRÆB. PATENTES) Plus nuntiatur Turno, quam res habeat. Nondum erant tam multi Rutulorum occisi à Troianis, & ait, eos feruere cæde noua. Nec patebant plures portæ, sed vna tantum. Verum ita mos hominum est, vt non lætis modò, sed tristibus quoque aliquid affingant.

DARDANIAM RVIT AD PORTAM Ruit, inquit, non, venit, vt ostenderet eius feruorem, qui fluorum necem veniebat vlturus, & qui nolebat paten- tis portæ occasionem perdere, ne iterum clauderetur. Donatus.

IS ENIM SE PRIMVS AGEBAT) Hoc est, incedebat: vt, sese Palinurus agebat. Tractus est autem sermo à ratione physica: nam agitur corpus animi iudicio, vt Te- rentius, *Quo te agis?* Seruius.

THEBANA DE MATRE NOTHVM SARPED.) Matrem hic Thebanam accipio è Thebis Hypoplaciis, quæ in Cilicia erant. Est enim verisimile, Sarpedonem Lycium ex ea prouincia concubinam habuisse potius, quam ex aliis Thebis. Turneb. lib. 22. cap. 7. & lib. 29. cap. 25.

Nothum Græci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos spurius patre natus dicitur. Sic Festus. Isidorus autem lib. 9. nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Huic cōtrarius est spurius, qui de matre nobili, & patre ignobili illegitimè nascitur. Item spurius patre incerto, matre vidua genitus.

Plutarchus in Problemata, ait Spurius apud Rom. primum nomen esse, vt Sextus, Decimus, Caius. Prima autem nomina cum vna, duabus, aut tribus litteris, vt T. Titius. Gn. Gneus, Sex. Sextus, vbi Sp. Spurius, cosaūt qui sine certo patre erant, ἀπάτος, S, & P, designaret, quasi sine patre, factum est hoc errore, vt qui essent si- ne patre, dicerentur spuriij. Quos autem vulgo bastar- dos vocamus, interdum spuriij dici possunt, interdū non possunt, vt hi, quos Principes agnoscere sollemniter soleant, quaque adoptare: nothi enim verbo græco appellan- tur, non spuriij. Quintil. lib. 3. cap. 8. nothus ante legitimū natus, legitimū filius sit: post legitimū na- tūs, tantum ciuis. Et paulò pōst, nothum qui non sit le- gitimus, Græci vocant, latinum rei nomen non habe- mus. Nothia Græci appellant eam partem, quæ ex bo- nis paternis, lege Atheniensium, nothis dari poterat. Hinc factum, vt Græci nothum appellant, quidquid nō legitimū esse volunt, nec verum, vt νόθον ἀπλιστόν dicant non verū schema Atticum, sed adulterinum,

A spuriūque: contra γένησιν ἀπλιστόν dicunt, veram, germanam, legitimamq; Atticorum elegantiam signi- ficantes? Budæus in Pand.

ITALA CORNV) telum ex Itala cornu.
AERA PERTENVENM) In manuscriptis est, tenerum. Conuenit cum illo Lucretij, Aeris in teneras possunt pro- ferri auras.

REDDIT SPECVS ATRI VVL. VNDAM) Exaggeratio poetica, pro ingenti vulnere.

ATQVE ERYMANTHA MANV) id est, gladio comi- nus ferit. Nam illi, de quibus superius dixit, non manu occisi sunt, sed missō iaculo. Ergo ad differentiam teli iacti accipit, manu, id est, gladio. Seruius.

ARDENTEM OCVLIS, ANIMISQVE FREM.) Quod a- nimo fremeret, oculi ostendebant. Ipse vultus homi- nis, eius animi ferociam loquebatur. Donatus.

CONTORTA PHALARICA) Hoc genus teli descri- bit Seruius. Consule item Vegetum libr. 4. cap. 18. & Isidor. lib. 18. cap. 7. Praiuit Ennius, *Quo validè venie contorta phalarica missa.* Forte scribendum validè épi- òticas valido missu. Sunt qui hanc vocem scribant fa- larica.

FVLMINIS ACTA MODO) Amat Virgil. tela cum impetu magno venientia comparare fulminibus.

DVO TAVREA TERGA) Vluspauit, pro taurina.
DVPLICI SQAMA, ET AVRO) Duplicibus squamis aureis. Sanè squama, & splendorem significat, si à pisces- bus venit, & fordes, si à squalore. Sed in Virgilio vbique splendorem significat. Seruius.

Lorica ferrea apud Romanos duplex, hamata, & squamata. Hamata sic dicta videtur, quod circuli, & catenæ nexæ, hamuli speciem dimidiatae referebant, aut quod hamii catenulas iungabant. Dicere hoc Sidonius videatur. nec sutilis illi Circulus impactis loricam texuis hamis, &c. Lipsius lib. 3. de militia Rom. Dial. 6.

CLYPEVM SVPER INTONAT. INGENS) Aut ipse in- gens super clypeum intonat, aut ingens clypeum super eum tonat: nam lectum etiam est, hoc clypeum, vt probat Caper, quod magis debemus accipere. Nam Homerum imitatus est, qui ait, ἀερίστη δὲ τεύχεα ἐπ' ἀντῶ. Et, ἀερίστη δὲ τεύχεα ποιῆσα χαλκῷ. Seruius. Sicut alibi, senatum super armadere. Clypeus masculinigeris, vt ardentes clypeos, atque eramicantia cerno. Neutrius, vt Virg. clypeum super intonat ingens. Licinius in Marte. Pars magna lenius clypea portant. Laberius Sorori- bus. Hoc voluit clypeum, contra puluerem proiec- Nonius.

AD NONVM ÆNEIDOS.

IN EUBOICO BAIARVM LITTOR(E) De Eubœa Adet, Virgilium usurpasse pilam pro columna? Huiusmodi libertas poetis est familiaris.

venerunt Chalcidenses, qui condiderunt Cumas quæ sunt Baijs vicinæ. Seruius.

SAXEA PILA CADIT) Strabo lib. 6. n. dè πέλεις ἐποπτῶν γεγέντας, δέ τὸν ἐνφύταν τῆς ἄμμου. Σίσπερ τὴν χάλκινην καλαμίζαντας ἀμυνοντας, περιβάλλοντος χώματα εἰς τὴν θάλασσαν. Notauit Brod. libr. 5. cap. 25. Columnæ structiles sunt, quæ de lapide quadrato, aut laterculis extructæ sunt, quæ pilæ etiam dicuntur. Est enim hæc differentia inter columnas, quæ à Græcis uides, & pilas, quæ, sūmum ab illis dicuntur. Columnæ uno scapo constant, id est, lapide oblongo, perpetuo. Pilæ structura constant aut lapidea, aut cémentitia, aut lateritia. Plinius stelas vocat lib. 6. c. 28. Stelæ autem sunt propriæ lapidea pilæ surrecta, in quibus fædera inscribi solebant, ut omnibus innotescerent, & in quibus etiam homines proscribi solebant. Isocrat. in Panegyr. circa finem vivitur, & Demosthenes identidem. Hodie stelæ vocari propriæ possunt lapidea crues, vel huiusmodi monumenta, quæ in militaribus vijs extructa videmus, litteris interdum insculptis ad memoriam alicuius rei prodendam, latine cippi dicuntur, quales super sepulchra extruuntur. Et στηλήτης apud Demostenem ἔτιμος, γεὶς στηλὴν ἀρχαρχοῦ. Vnde στηλὴν λέγοι. orationes infamantes, & programmata ignominiosa. Columnæ partes sunt scapus, quasi columnæ corpus: supra scapus capitulum, infra scapus spira, quæ basis læpe appellati solet, infraquæ spiram stylobates. Auctor Vitruvius libr. 3. cap. 9. Hæc Bud. in Pand. Quis non vi-

IN ARIME IOVIS. IMP. IMPOSTA TYPH.) Latinis ferè, nisi fallor, omnes vna dictione efferrunt, quam Homerus in Catalogo duabus ērōnēis. Ouid. libr. 14. Inarimen, Prochyta legit, sterilisq; locatam. Item Lucanus. Condites Inarimes aeternamole Typhoeus. Unde Plinius haulit fortasse, quod scribit lib. 1. cap. 6. Ænaria Homero Inarime dicta. Nusquam certè hoc apud Homerum réperitur, neque apud Græcos, sed semper binis uocibus, ut apud Strabonem, Stephanum, Isacium in Lycophronem. Malim Græcos sequi in hac controuersia, quām Latinos. Hartung. Decuria 4. B cap. 1.

Super hoc versu lege totum cap. 18. apud Turneb. libr. 20. Lege præterea defensionem eiusdem aduersus Aldum Manutium, & Franciscum Robortellum apud Gulielmum Modicum cap. 1. Quæ verò Erythræus affert in Indice, magis ipsa defensionis egent, quām Virgilium defendant, ut sentit Delrius in Seneçæ Hercul. Oetheum. Quid simile habet Inalpinus cū Inarimis, &c. Inarimen aiunt esse montem Prochyta insulæ, quæ sita est in Puteolano sinu. Prochyta autem non ab Æneæ nutrice, sed quia profusa ab Ænaria erat, Ænaria ipsa à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta. Hæc sunt Plinij, qui non montem insulæ, sed ipsam insulam vna voce sic uocatam dicit, de quo suprà Hartungus, cum refutans. *

- Hic Mars armipotens animum, viresq; Latinis
Addidit, & stimulus acres sub pectore vertit:
Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
720 Vndiq; conueniunt: quoniam data copia pugnæ,
BELLATORQVE ANIMO DEVS INCIDIT.
Pandarus ut fusco germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam vi multa conuerso cardine torquet,
725 Obnixus lati humeris: multosq; suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit, recipitq; ruentes,
Demens, qui Rutulum in medio non agmine Regem
Viderit irrumpentem, vltroq; inclusus in urbi,
730 Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis effulsit, & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice crista
Sanguineæ, clypeoq; micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciem inuisam, atq; immania membra
735 Turbati subito Æneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
Effatur. Non hæc dotalis regia Amata,
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.
740 OLLI SVBRIDENS SEDATO PECTORE TVRNVS,
INCIBE, SI QVA ANIMO VIRTVS, ET CONSERE DEXTRAM,
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.

AD NONVM ÆNEIDOS.

1933

gentibus armis, laceriuit eum voce procaciore, prodigiis siuereret (erat enim Pyrrhus gladio secundum caput vulneratus, & paulisper pugna excederat.) Irritatus Pyrrhus, iniurias suis, vertit se cum stipatoribus in eum, frendensque, & cruento madens, ac truci vultu per medios irrupit, occupatque caput barbari ense ferire, fuitque ictus, & lacerti vi, atque acie ferri adeo violentus, ut ad infima penetraret, & eodem momento corporis partes disiectae, hinc atq; hinc dilaberentur.

BELLO, GENTIQVE FVISSET) quia plerumque

1934

A bellum finiturgente superflite, ut in bello Troiano contigit. Finem bello imposuisset, deletis ad unum Trojanis omnibus.

SED FVROR ARDENTEM) Impedijt hoc consilium furor, qui humanas mentes a tractatibus commodis proturbare consuevit. Raptus est enim, ut insequuntur fugientes, & non vidit, quod prodesse plus posset. Donatus.

EGIT IN ADVERSOS) In eos, qui ante eum exaduerso ei erant, et si tergum auerterant, & fugerant.

- Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum (Iuno vires, animumq; ministrat)
765 Addit Halyn comitem, & confixum Phegea parma:
Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes,
Alcandrumq; Haliumq; Noëmonaq; Prytanimq;
Lyncea tendentem contra, sociosq; vocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
770 Occupat. huic uno deiectum cominus ictu
Cum galea longe iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum: quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.
Et clytium Æoliden, & amicum Cretea Musis:
775 CRETEA MVSARVM COMITEM, CVI CARMINA SEMPER,
ET CITHARAÆ CORDI, NVMEROSQVE INTENDERE NERVIS:
Semper equos, atq; arma virum, pugnasq; canebat.

Succiso pop. GYGEN EXCIP.) Ordo est, excipit, B TEM) Poetam lyricum intellige. *ταλισογία* est. Sic Cicerone in Arato.

Et matutinis acrebula vocibus instat,

Vocibus instat, & assidua iacit ore querelas.

Lucret. lib. 2.

Fit quoq; uti soleant minus oblate acriter ictus

Reliquia motus vitalis vincere sepe,

Vincere, & ingentis plaga sedare tumultus.

Et lib. 3. principio.

Omnia nos itidem depascimus aurea dicta,

Aurea perpetua semper dignissima vita.

Et lib. 5. *Suppeditare nouum lumē, tremere ignibus instant;*
Instant, &c. Horat. Ode 11. Epod. amore perculsum gra-
ni, Amore quime prater omnes &c. Et Ode 16. Et inquinan-
*tuit aere tempus aureum, Aere, dehinc, &c. * Hac animad-*
uersa sunt a Lamb. comment. in Lucret. Nos plura ad eumus. Virgil.
10. Æneid. sequitur pulcherissimus Astur, Astur equo fidens. Eclog.
10. Pierides vos hac facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor, &c.
Vide ibidem allata.

ALCANDRVMQVE, HALIVMQVE) Versus Homeris ex Iliad. s. ad ornatum magis operis translati, quam ad historiam veritatem accommodatus, quem & Naso habet Metam. 13.

CVM GALEA LONGE IACVIT CAP.) Ad exprimendā celeritatem, præterito usus est tempore. Potuisse autem caput cum galea longe iaci, præmissa loci altitudo significat. Seruius.

FERRVMQ. ARM. VEN.) speciosè dictum. Armabat ferrum, quo nos armare consueuimus. De Ismaro quoque libro sequenti similiter. *Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.*

AMICVM CRETEA. MVSIS CRETEA MVSAR. COMI-

SEM.

1935 SEMPER EQVOS ATQVE ARMA VIRVM PVG. A laudes ad tibiam canebantur, vt meminit i. Tuscul. M. Tullius. Neque vero Horatij lyra, quam imbellem vocat, & tantummodo amotibus, & conuiuijs canendi aptam profitetur, non etiam saepe grandia, & Maenio carmine digna cantat. ¶

CANEBS.) Nihil amatorium, aut molle canebat: sed res graues, & bellicas. Etiam in conuiuijs olim non nisi vel

res astrologicae ad citharam, vt i. Æneid. vel alioqui notitate, & casibus insignes, vt redditus Græcorum capta

Troia, à Demodoco in Odyssea, vel clarorum virorum

- 780 Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq; Serestus:
Palantesq; vident socios, hostemq; receptum.
Et Mnestheus: quò deinde fugam? quo tenditis? inquit:
Quos alios muros, quæ iam vlt̄rā mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndiq; septus
Aggeribus, tantas strages impunè per urbem
785 Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?
Non infelicitis patriæ, veterumq; Deorum,
Et magni Æneæ, segnes, miseretq; pudetq;?

AUDITA CÆDE SVORVM) Seruat τὸ ἀρέτον, ne, B
præsentibus ducibus, tot strages Turnus fecisse vide-
atur.

QVO DEINDE FVGAM) Aut vacat, deinde, vt,
tandem gentium, locorum: aut intelligimus cum
mente tractasse, quod de campis milites solent ad castra
confugere, & sic dixisse, quò deinde? scilicet de ca-
stris: quò fugietis vlt̄rīus? & hoc est melius. Vnde
& sequitur, quos alios muros? Et sic dictum est post co-
gitationem, quò deinde: sicut Terentius, Quid igitur
faciam? Seruius. * Huic loco, quo & imbellies, & fugaces à du-
cibus suis increpantur Troiani, similem quoddammodo faciem gerit
ille lib. 11. Vbi Tarcho in suos Camillam fugientes inuehitur.

Quis metus ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrheni, quæ tanta animis ignauia venit?

- 790 Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt: Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluum petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum. ceu saeum turbam leonem
Cū telis premit infensis: ac territus ille
Asper, acerbà tuens retro redit: & neq; terga
795 Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contrā
Ille quidem, hoc cupiens, potis est per tela, virosq;
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes,
800 Bis conuersa fuga per muros agmina vertit:
Sed manus è castris propere coit omnis in vnum:
Nec contrā vires audet Saturnia Juno
Sufficere. aëriam cælo nam Iuppiter Irim
De misit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
805 Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.

TALIBVS ACCENSI) Ecce quantum commoda Csistunt, congregatiq; manent, & qui sibi fuga consul-
hortamina valuerunt: metuentes dudum, in plenam
constantiam repente mutati sunt, & agmine denso con-

uerant, recuperata mentis fiducia consistunt. Donatus.

TVRNVS PAVL. EXCED. PVG. ET FLUVIVM) Vbi

aduer-

Femina palantes agit, atq; hæc agmina vertit.

Quò ferrum, quidue hoc geritis tela irrita dextris?

QVO S ALIOS) Ex Homero. Macrob. Saturnal.

lib. 5. cap. 9.

VNVS HOMO TANT. STRAG. EDID.) Stat. 2.
Thebaid. de Tydeo, vnuusné, viri, tot cedibus, vnuus Ibit
ouans?

INFELICIS PATRIÆ) Troiæ, in qua nunc sunt,
Seruius. Melius Donatus. Non vobis venit in mentem
infelix patria, quam reparare debemus?

VETERVMQVE DEORVM) Penates significat, quos
semper coluere Troiani. Non dij Troiæ consideran-
tur, quos vultis addictere?

MISERETQVE, PVDETQVE) Prius ad deos, & pa-
triā, posterius ad Æneam pertinet.

Ergo nec clupea
Nec dentra vali
Obruitur. strep
Tinnitu gales,
la Disculpiq; subi
lhibus: in genit
Fulmineus Ma
Liquitur, & pinc
Humem agit, &
la Tum demum p
In flumine ded
Accipit veniente
Et latum socij,

1937

AD NONVM ÆNEIDOS.

aduertit Turnus, fugientium esse mutata cōsilia, & eos A plena fiduciā obstinationē constitisse, ipse quoque fu giendi tractatum consultō suscipiens, tendebat ad eam partem, quā vndis circumfluentibus cingebatur. Donatus.

ET GLOMERARE MANVM) Æneid. 2. Sed glomerare manum bello, & concurre in arcem. Facer eglobum, historica elocutio.

C EV SÆVVM TVRBA LEON.) Sensus hic est, haud aliter Turnus retrocedens petebat fluum, ac solet leo pressus multitudine nec terga præbere propter iram, vel pudorem: nec posse, licet cupiat, in venantes impetum facere. Seruius. Comparatio Homeri, Iliad. 1. is d' aðwra λέοντα βοῶν. &c.

ASPER, ACERBA TVENS) Lucr. lib. 5. Affer, acer batuens, immanni corpore serpens. Eodem modo Aristophanes. Βλέπει γέ τοι μανικὸν, καὶ τεγγωδικόν.

Q VIN ETIAM BIS TVM) Et tamen, cum sensim cederet, bis eriam tum hostes Troianos inuasit, bis in eos impetum dedit, tantumque solus potuit, vt bis innumeros fugaret.

N EC CONTRA AVDET SAT. IVNO) qnia Iupiter ve nit, nam sequitur, germana haud mollia iussa ferentem. Ergo quia numinis est desertus auxilio, telis obruitur. * Non audet contramaritis mandatum venire luno quamuis regnadeum, & foror Iouis, quia etiam coniux. Consuges autem Ciris parere debent. Quāta vero fuerit in uxorem suā lonis auctoritas, & quantum illa virorum timuerit, non sine multo sale indicat Homerus in extremo s. Iliad. Cum enim se Galdeiratam offendisset, & cum Iove exposita fessis de promisso, quod Thetidis pro Achille supplicantis dederat, ita ei respondet. Δαμοσίη, αἰεὶ πάσι οἴται, &c. Ponam ver su latinos ex interprete.

- Ergo nec clypeo iuuensis subsistere tantum,
Nec dextra valet: iniectis sic vndiq; telis
Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & axis solidā æra fatiscunt:
810 Discussæq; iubæ capiti: nec sufficit vmbro
Ictibus: ingeminant hastis, & Troës, & ipse
Fulmineus Mnēstheus: tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: FESSOS QVATIT ÆGER ANHELITVS ARTVS.
815 Tum demum præceps saltu fese omnibus armis
In fluum dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis:
Et lætum socijs, abluta cæde remisit.

ERGO NEC CLYPEO) Insistentibus Teucris, & Iu-D Statius 2. Thebaid. aliquanto remissius Tydeum pugna defatigatum ita describit.

Membra negant, lassisq; ferit precordia sanguis.
Jam sublata manus cassos defertur in ictus:
Tardatiq; gradus, clypeum non sustinet vmbro
Mutatum spoliis, gelidus cadit inter anhelo
Pectore, tum crines, ardentiq; ora cruentis
Roribus, & tetra morientem aspergine manant.

INFECT. VNDIQVE TEL. OBRVIT.) Tanta vis telorum iaciebatur in Turnum, vt eum potius obruerent, quam ferirent.

STREPIT ASSID. CAVA TEMP. CIRCVM TINN. GAL.) E simile est, quod habemus lib. 5. de pugna Entelli, & Daretis. erratq; aures, & tempora circum Crebra manus, duro crepitant sub vulnere male.

SAXIS SOLID. ÆRA FATIS.) Æs quamuis solidum,

Hhh *

1938

Sic ne scelestai iterum reputando nostra requires
Consilia, vt solita es, nec suspicione carebis
Coniectans alia exalhis? nec forsitan vnuquam?
Te potero latuisse? sed hæc te vana profecto
Cura agitat, siquidem nil profici artibus istis,
Sed potius tibi me irritas, acquisque furore.
Quod si res ita haberet, quid tum tibi? si mihi cordi est:
Proinde sede, stultamq; intra labra compime vocem,
Neū meis vnuquam verbis parere recusis:
Ne si forte manus duro te verbere pulsem
Inuictæ, non illa tibi succurere possit
Vis, aut cura deūm, caelestia tempa colentum.
Dixit, at ista graui pauidum formidine pectus
Pertinuit Iuno, duris conterrita dictis,
Conticuitque sedens tandem, & tranquilla quieuit.

VIRES SVFFICERE) Subministrare. Sic Georg. 2.

B Ipsa sati tellus cum dente reducitur vno Sufficit humorē.
Et 2. Æneid. Ipse pater Danaïs animos, viresq; secundas
Sufficit. Suprà, Iuno vires, animumq; ministrat.

C ÄLLO NAM IVP. IRIM DEMIS.) De Iride nonni hil dictum exordio libri huius. Ut alia quam plurima, sic etiam istuc commentum voluit imitari studiosior, quā felicior Maronis æmulus, sumimus certè admirator Silius libr. 9. vbi Iupiter Irim mittit ad Palladem Pœnis fauentem, ac pro eis in Iunonis gratiam pugnantem, iubetque, vt ipsa Iunonem à coeptis deducat, fatrum etenim leges mutari non posse.

At non hæc superum fallebant prælia regem,
Demittit propere succinctam nubibus Irim,
Qua nimios fraret motus, ac talia fatur:
Idea, & Oenotriis velox allabere terris,
Germanaq; truces dic Pallas mitiget iras,
Nec spheret fixas Parcarum vertere leges, &c. *

quo formata fuerat galea, duris iectibus, multo amplius saxis euctum, in rimas plures vi maiore versum est. Donatus.

NEC SVFFICIT VMBO) Quomodo enim vnum scutum tot millibus telorum omni ex parte venictum valebat occurrere, aut tantum ponderis sustinere? De vmbone annotata inuenies 2. Aeneid. & summo nequidquam vmbone pependit.

E T I P S E FVLMINEVS MNESTHEVS) Necesse enim erat, ut cum omnibus ficeret, quod hortatu suo vniuersos videbat efficere. Ipse quippe alios segnes, & debiles reddit, qui quod iussit, communicare non curat, & laborantibus cunctis, solus cessat otiosus. Donatus.

T V M T O T O C O R P . S Y D O R L I Q V I T V R) 2. Aeneid. desimulacro Palladis, falsusq; per artus Sudor iit. Et lib. 3. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. Lib. 7. offaq; & artus Perfudit toto proruuptus corpore sudor.

F E S S O S Q V A T I T A E G E R A N H E L . A R T V S) Lib. 5. cum creber anhelitus artus Aridaq; ora quatit. Ibid. vastos quatit aeger anhelitus artus.

P I C E V M F L U M E N) Querendum videtur, cur piceum sudorem dixerit: flumen enim illud sudor est. Ergo hic per transumptionem piceum interpretor nigrum, & ex eo multū: multis enim humor nigritat: qui paucus, pellucet, & limpidus est. Turneb. lib. 22. cap. 7.

T V M D E M V M) postquam se aliter euadere non posse videntur.

P R A E C E P S S A L T V S E S E O M N I B . A R M . I N F L V I V M D E D I T) Homeri sunt verba, vbi commemorat virtute Patrocli factum esse, ut Troiani, qui cum equis iruperant in castra Graecorum, impellente ipsis Hectori, contra consilium Polydamantis, inde subito eiicerentur, adiungitque, illum fortissimum iuuenem potissimum tunc vim illam suam in ducem hostium effundere voluisse, atque in eum tela coniicere, quem tamen equiam ex eo periculo asportarunt. Ηρδλ ἐνορεγεν αὐτές ιπποι. Declaratio autem vetus eius loci narrat, Aeschylum in fabula quadam sua fecisse Achillem simili tempore, cum, inquam, ipsum quoque oportuisset cedere, retro se cum armis, quibus corpus texerat, coniecisse, atque ita saltu fossam pertransisse, ne tergum hostibus ostenderet. Similitudinem autem aliquam ipsius habere videntur, quod fecit Virgil. Turnum discedentem è castris Trojanorum, in quæ solus inuaserat, & in quibus non paruam hostium stragem ediderat, se armatum coniecisse in flumine, atque ita è manibus ipsorum, qui conferti vndiq; in eum impetum fecerant, elapsum. Quod enim inquit, *omnibus armis*, expressit παντας, quo etiam usus est veteris illa, quam dixi, declaratio. Victor. lib. 38. cap. 24.

Suggerit mihi natatus Turni ad suos, præceptum illud militare, quod est apud Vegetum lib. 1. cap. 10. ad usum natandi tyrones exercendos esse. Caussæ ponuntur hæ. Non enim pontibus semper flumina transeuntur, sed & cedens, & inseguens natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe repentinis imbris, vel niuibus so-

A lent exundare torrentes, & quæ sequuntur. Putatur etiam Maro insinuare voluisse facinus Iulij Cæsaris sub persona Turni. Nam & ipse bello Alexandrino circumuentus ab hostibus, de ponte in mare subiectum defluit, ducentisque passibus ad nauim proximam adnauit, sublata manu laeva cum libellis, & mordicus paludamentum trahens, ne hostis eo potiretur.

Idem Vegetius lib. 3. cap. 4. seu mare, seu fluminis vicinus est sedibus, æstiuo tempore ad natandum cogendi sunt omnes. Ad cap. 23. lib. 2. vbi etiam inter exercitationes militares numeratur natatus, hæc præter alia Steuechius. Observauit non in mari solum, & fluminibus belli tempore natare coactos Romanos: verum, & B domi aliquando in ipsis gymnasii, interdum in priuatis balneis natadi arte imbutos: adducit Festum, & Plini epistolas. Præterea ex Aristotele notat, facilis in mari, quam in flumine natari, quod mare copulentia aquæ suæ, & crassitie corpora humana, vt & alia onera, facilis eleuata teneat.

S V O C V M G V R G I T E F L A V O) Cum Tiberim constet albantes habere aquas, easque, Albulam olim vocatam fuisse, non indignum esse quæsitu videatur, cur eum flauum Maro appellari. In quo non tam attendam vim vocabuli quidam censem, quam transumptionem existimandam. Cum enim homines flavi pulchri videantur, ex eo dicunt factum esse, vt flauus pulchrum significet, qua notione hic accipiendum esse, vt & apud Catullum. Flanus quam molli precurrit flumine Mella. Sed & Hesychius doctissimus Nomenclator ζαρδη flauum, & pulchrum etiam interpretatur. Verius fit tamen, ob arenam ita vocari, vt apud eundem hunc, Virgilium dico, & multa flauus arena, hoc eod. lib. & Horat. Ode 2. lib. 1. Vidimus flauum Tiberim retortis. Idem Ode 3. li. 2. villaq; flauus quam Tiberis lauat. Turneb. li. 22. c. 7. Suo cū gurgite flano. Redundat particula, cum, παρέλθων vocant, quo tamen modo locuti sunt boni auctores. Catull. Epithal. bona cum bono Nubit alite virgo. Iterum. Frustra immo magno cum pretio, atque malo, Hesiod. οὐροισσοις ἀγαθοῖσιν.

D M O L L I B U S V N D I S) Lucret. lib. 1. *Quam cum molliis aqua fertur natura repente.* Et lib. 2. *qua mollibus vndis Litoris incurvi bibulam pauit aquor arenam.* Mollis dicitur aqua, quod aliis corporibus facile cedit.

A B L V T A C A E D E L Ä T V M) Quod homines cæde contaminati, aqua se abluere, & purificare solerent, & Romanis post victorias de hoste partas, exercitum ad expiandam cædem lustrare sollempne erat. Sanè querunt multi, ait Seruius, quum Tiberis Aeneæ faueat, cur liberauerit Turnum. Soluitur ista ratione. Ob hoc

Turnum esse liberatum, vt maior Aeneæ gloria reseruerit: quippe quem sua manu est interfectorus.